ARISTOTELIS

ΠΕΡΙ' ΕΡΜΗΝΕΙΑΣ, HOC EST,

DE INTERPRETATIONE LIBER,

A MAGNO AVGVSTINO NIPHO PHILOSOPHO SVESSANO INTERPRETATVS ET EXPOSITVS.

AD IOANNEM FRANCISCVM ARENEVM EXCELLENTISSIMVM ARENARVM COMITEM.

OMNIA MVLTO, QVAM ANTEA EMENDATIORA AC RESTITVTA NON PAVCA.





VENETIIS APVD
Octauianum Scotum D. Amadei.
M. D. LV.

AVGVSTINI NIPHI SVESSANI AD IOANNEM FRANCISCVM ARENEVM ECCELLENTISS. ARENARVM COMITEM.

PRÆFATIO.



ON semel Comes excellentisſime, auditores rogarunt, ut librum περὶ ἑρμηνείας hoc eſt, de interpretatione Ariſtotelis, & interpretarer, & exponerem: ego uerò quum, quo ad tranſlationes ipſas, nihil præclari: quo ad commentationes, nihil noui addi poſſe inſpicerem, bona fronte onus recuſaui: quo nanque ad tranſlationes ipſas, noſter Boetius adeo curioſè ſingulum uerbum tranſtulit, ut nec ſyllabam omiſiſſe uiſus ſit. Ioannes quoque Argyropylus iunior græcus quo ad ſenſus ipſos, ita fideliter librum interpretatus eſt, ut ab illa Ariſtotelis grauitate nullatenus alienus alicui uidebitur: quo autem ad commentationes ipſas, inueni inter græcos diuum illum Alexandrũ Aphrodiſium, Porphyrium peripatheticum, Philoponum ex Ammonii doctrina: inter latinos uerò doctisſimum Boetium, curioſum Thomam Aquinatem ita ſapidè ita accuratè librum hunc commentatos eſſe, ut temerarium ſit inter tantos uelle audere. Viderer enim, ut in prouerbio dicitur, uulpes inter muliones, aut acus inter arma. Occurrebas tamen tu unus, qui me ad has gerrulas ædendum prouocaſti: aſſerens iis ex noſtris uigiliis hunc eſſe fructum ut quæ græci uerboſis, ut ſolent, commentationibus atq; obſcuris dixerint, per has meas breuius atq; perſpicuius haberi: quæ uerò minus moderatè, per has meas moderari, atq; in bonum reduci. Trãſlationes præterea non inutiles eſſe penitus perſuadebas. Illæ ſi quidem Boetii, quia nimis ſunt uerbis addictæ, obſcuriores ſunt, illæ Ioannis Argyropoli intentæ ſenſui duntaxat, ſua & non Ariſtotelis uerba interdũ obſeruant. At noſtrę medię ſunt: tantòque cæteris fideliores, quanto in nullum addendo uel diminuendo uerbum prorumpunt: cuius in cõmẽtationibus non meminerim: Itaq; ut tibi potius quàm his perſuaſionibus obediam, conceſsi harum noſtrarum gerrularum publicationẽ: tametſi uulpes inter muliones, aut inter arma acus uidear: non enim ſi tibi hac in re ſatisfecero, parum feciſſe uideor. Inter primates nanq; regni nullo genere minor es. Inter philoſophiæ ſtudioſos, ſtudioſisſimus. Inter milites, & ſi nondũ ætas conuenerit, adeo ſtrenuus ut inter tuæ ætatis cõmilitones nemini ſis ſecundus. Summus orator, dei ac naturæ magnus interpres. Magnificus atque magnanimus, & quod raro in principe eſt hac noſtra tẽpeſtate, ſubditis iuſtus & liberalis: ita ut inter coæuos tuos grande miraculum habearis. Accipe igitur has noſtras ſiue elucubrationes, ſiue gerras tibi dicatas: atq; ſub tuo nomine publicatas: quæ ſi aliquibus maleuolis temerarię uidebuntur: tui, & non mei culpæ detur, qui has ædere coegiſti.

Vale.

ARISTOTELIS ΠΕΡΙ ΕΡΜΗΝΕΙΑΣ, HOC EST, DE INTERPRETATIONE AVGVSTINO NIPHO PHILOSOPHO SVESSANO INTERPRETE ATQVE EXPOSITORE LIBER PRIMVS.





RIMVM oportet constituere quid nomen, & quid uerbum: deinde quid est negatio, quidve affirmatio, atque enuntiatio, & oratio.

Com. I. Omissis uentosis exordiis, breuibus Aristoteles quę pertractare uult, proponit. Nam rei intentio, & subiectũ apud græcos idem sunt, differuntq; ratione. Vt enim subiectum habet rationem finis, intentio nuncupatur: ut uero habet rationem materiæ, in qua propria insunt accidentia, subiectũ *Subiectũ & intentio idem.* siue materia à nostris appellatur. Est autem intentio libri præsentis subiectum, siue materia, enuntiatio ipsa, cuius partis constitutiue, quæ integrales dicuntur, sunt nomen & uerbum. Primæ uero & primariæ species sunt affirmatio & negatio. *Enũtiatio subiectum* genus autem enuntiationis est oratio. Hanc igitur intentionem proponit, & inquit (Primum oportet constituere) hoc est, definire (quid nomen, & quid uerbum) ut integrales partes enuntiationis: uerbum illud (oportet) nõ dicit necessitatem simpliciter, sed conditionem: nam si de enuntiatione pertractaturus est, opus est primo de nomine, deq; uerbo percurrat. (Deinde) & quasi secundo loco (quid est negatio, quidve affirmatio) tanquam primariæ enuntiationis species. (atq;) tertio quid (enũtiatio) quid (& oratio.) *Excusatio.* enuntiatio quidem ut intentio, subiectum, ac materia: oratio uero, ut genus subiecti. Multa græci ut Ammonius, Philoponus: & latini, ut Boetius, & Thomas contendunt circa seriem uerborum: quę, quia uentosa sunt, ad commodumq; non multum accepta hæc sufficiant. *Posi. Boe. de subiect.* Boetius hic subiectum, materiam, ac intentionem libri ait esse interpætationem. Nam inscriptio libri ab eius intentione fieri assolet, ut inquit Philoponus in primo Priorum. *Obiectiones cõtra Boetium.* Obiiciunt contra quidem uiri clarissimi, qui subtiles perhibentur. Nam interpretatio uel sumitur pro uoce articulata cum intentione quicquam significandi prolata, uel pro uoce articulata prolata ad significandum esse uel non esse. Primum quidem non: nam tunc esset nimis commune: esset enim compositis & simplicibus commune quoddam. Hoc autem falsum est: quia liber hic *2. positio.* est de mediis. Nec secundum, quia liber hic non est de uoce, sed de intentione. Propter hæc enuntiationem in mente subiectum esse fingunt. Hæc puerilia sunt, nec digna nostra *Cõfutatio* disputatione. Verum si ipsi enũtiationem mentalem subiectum esse fatentur: ad quem de uocali, uel scripta inquirere *Ermenia quid.* attinebit? Propter hoc quod græce ἑρμηνεία, appellatur latine interpretatio: nam siue enuntiatio, siue interpretatio dicatur, idem est. Et de hac est liber presens, de mentali quidẽ, ut quid, de uocali uel scripta, ut signum, de re uero, ut causa. *Excusatio* Nam ueritas in uoce est ut signum, in mente ut subiectum, in re ut in causa, ut dicit Ammonius: nec aliter Boetius sentit. Multa alia dici solent, quæ, quia facilia, prætermittimus. nostri enim frequenter circa facilia fimbrias dilatant. circa uero ardua & occulta uoces summittunt. Tu uero à nobis contrarium expectabis, quantum uidelicet à nobis fieri põt.

Sunt quidem igitur ea quæ in uoce, earum quæ in anima passionum, notæ. Et quæ scribuntur, eorum quæ in uoce. Et quemadmodum nec literæ omnibus eædem, sic nec uoces eædem.

De nomineq;, de uerbo, enuntiatione, ac oratione pertractare proposuit, *Com. 2.* ante tamen quam de is prosequatur, quædã communia de uocibus, scripturis, ac animæ passionibus intercipit: sed de causa intercepti ambigunt expositores. *Dubitatio de causa intercepti.* Herminius necessitatem illius modi intercepti fuisse autumat, ut propositæ rei commodum insinuaret. Sed hoc stare non potest: nam utilitatis commodire narratio proemij pars est, ut Aristoteles in rhetoricis tradit. sumus autem nunc ipso in tractatu, quod uerbum [igitur] innuit. Porphyrius interpositæ rei causam, *Causa herminii.* propteruetérum dissensus circa uocum significationes, inquit: nam ueterum quidam uoces, formas siue ideas significare credidere: alij conceptiones, alij sensus, sensationes ve ipsas, alij res existentes. quia igitur Aristoteles de nomine, deq; uerbo pertractaturus erat: *Causa Porphyrii.* contrarias dispositiones, ac aduersa impedimenta elidendo. ueteri quæstioni generatim cursimq; satisfecit. Sed nec hoc stare potest primo, quod quæstio hæc per partem ad quamlibet definita, quæ dicturus eit de nomine & uerbo, non impedit. *Cõfutatio* Secundo, hæc res est grauis, estq; altioris negocij, transcenditq; limina præsentis uoluminis: quum de ideis, deq; formis contendat. Melius igitur cum Alexandro, Ammonioq; sentiendum: *Expositio causæ secundũ ueritatem.* quòd Aristoteles hæc præaccipit. Tum ut genus definiuendarum rerum colligat. Tum differentiam constitutiuã. uidelicet, quòd nomen uerbum queq; ad placitum significent. Tum differentiam discretiuam, uidelicet, ut nomen sine uero & falso: enuntiatio, & oratio cum uero uel falso. Hæc enim Aristoteles animaduertens quędam communia de uocibus, scripturis, ac passionibns præaccipit. *Quæ Aristo. assumit. 1. petitio.* Assumit igitur quatuor ad præsentem pertractationem conferentia, res, uidelicet, conceptiones, uoces, atq; literas. Oportet autem primo petere hæc quatuor non frustra esse, sed aliquem propter finem. Siquidem neq; natura, neq; ars aliquid frustra faciant. *Secunda.* Secundo, petimus horum quatuor duo esse natura sese habentia, ut res, conceptionesq; duo uero positione, ut uoces, & literæ. Vt igitur scias quæ horũ natura se habeant, *Præceptũ* quæve positione, ponit præceptum eiusmodi: quòd quæ apud omnes eadem sunt, hæc natura se habẽt: quæ uero nõ apud omnes eadem, hæc positione se habent. Huius præcepti prima pars eo patet, quòd natura in cunctis uniformis est & similis. Positio uero euariat. Quare quũ res & conceptiones apud omnes eædem sint, natura se habent. uoces uero & literę, quum euarient, positione habentur. *Sillogismus literæ.* Arguit igitur, quæcunq; sunt aliorum signa uel notæ, positione se habent. Voces, & scripta sunt notæ uel signa aliorum: nam uoces sunt notæ conceptionum: scripta uero uocum: igitur uoces & scripta sunt positione. præponit minorẽ dicens. [Sunt quidem igitur ea quæ in uoce:] cuiusmodi sunt nomina & uerba [earum quæ in anima passionum notæ: & quæ scribũtur.] Sunt note siue signa: [eorum quę in uoce] Hæc ut minor. quasi concludit, & inquit [Et] hoc uerbum in græca cõstructione, *Legitur tamẽ græce, ὥσπερ οὐδὲ φωναὶ αἱ αὐταί.* quicquid græci sentiant, uim habet sæpe illatiuã apud Aristotelem. quasi dicat. [igitur quemadmodum nec literæ omnibus eædem, sic nec uoces eædem) uerbum (sic) in uerbis græcis non est, sed ex ui constructionis subaudiendum. Secũda igitur præcepti pars perspicua, uidelicet, quòd ea quæ in uoce, & quæ scribuntur, positione se habẽt. Aliter intelligi potest ut dicemus. Quæritur uerbum illud (igitur) quomodo tenetur. Expositor latinus ait dixisse igitur: quasi

ex præmiſsis concludens hunc,uidelicet, in modum de nomine, deq; uerbo pertractandum : nomina & uerba uoces ſunt.igitur de uocibus pertractandum . Græci omnes uerbũ illud eſſe notam executionis, & non illationis affirmant : *2.dubita. Ammonii.* quòd mihi conuenientius eſt. Quærit ſecundo Ammonius cur primo è uocibus, quàm è rebus ſermocinari cœpit. *3.dubitatio. Porph.* Dicendum de eis primo tanquam à magis huic libro conuenientibus , quicquid Ammonius dicat. Quærit tertio Porphyrius cur dixit (Sunt quidem igitur ea quæ in uoce) *Reſponſio Porphy.* & non (ſunt quidem igitur uoces.) Itemq; cur non dixit literæ uti(ea quæ ſcribuntur)dicit. Porphirius uult quòd nomen & uerbum ſunt partes orationis prolatæ. Eſt enim oratio prolata totum quoddam integrale ex nomine & uerbo conſtitutum, nomen uero & uerbum ſcripta partes orationis ſcriptæ : & quoniam partes ſunt in toto magis quàm contra totum in partibus : nam continet totum partes , & non econtra.Idcirco inquit(ſunt quidem igitur ea quę ſunt in uoce)hoc eſt nomẽ & uerbum,quæ ſunt in uoce, hoc eſt, *Cõfutatio* oratione prolata ut partes(earum quæ ſunt in anima paſsionum notæ,& ea quæ ſcribuntur.)uidelicet nomen & uerbũ in ſcripta oratione(eorum quæ ſunt in uoce.) Sed hæc expoſitio irridenda eſt.Tum primo:quia cum difficultate intelligitur partes eſſe in toto : eſſe in enim non competit partibus niſi improprie quarto phyſicæ auſcultationis eſt autem loquendum ut plures,ſecundo Topicorum . Tum quia in tã exiguo ſermone æquiuocaret de eſſe in . Nam dum dicit(eorum quæ ſunt in anima)ſumit eſſe in , una ratione : dum dicet (ea quæ in uoce)alia ratione. Simili ratione errant *Aliorum. er ratum.* qui uolunt,eſſe in, capi ut inferius continetur in ſuo ſuperiori. Nam primo in uerbo eſſe,in acciperetur proprie, ſecundo uero improprie . Quare melius eſſe in utroq; eodem modo accipiendum eſt. Nam nomen & uerbum ſunt in *Expoſitio propria.* uoce ut in ſubiecto, uti res artificialis in re naturali. erit igitur ſenſus (ſunt quidem igitur ea quæ in uoce)ut nomen & uerbũ quæ in uoce hærent, ut in materia & ſubiecto (notæ earum paſsionum quæ in anima ſunt) etiam ut in materia & ſubiecto . Nam conſtat tunc Ariſtotelem non æqui*4.dubitat. Ammonii.* uocaſſe uerbo illo eſſe in. Quærit quarto Ammonius cur Ariſtoteles ait paſsionum: πάθημα enim græce paſsio eſt affectus . modo affectus non eſt conceptio, ſiue ſimilitudo: quam Ariſtoteles intelligit. Dicendum, quod hæc tria. ui*Solutio.*delicet, ſimilitudo, conceptio ,& paſsio idem ſunt : alia tamen ratione, conceptio enim & intellectio ut intelligendi principium & ratio, ut uero à re ipſa deriuatur, ſimilitudo ſiue ſpecies, ut intellectum ipſum perficit, paſsio : unde & intelligere & ſentire in quodam pati ſaltem perfectiue conſiſtit : ut dicit in his quæ de anima . unde qui uerbum græcum παθημάτων in latinum conuertunt affectuum:nec græciſſant,nec græcam conſtructionem ſentiunt. Quinto *5.dubitat.* quærunt multa eſſe in uoce, quæ non ſunt paſsionum notæ, ut grauitas, acuitas, & accentus,& id genus, Dicendum propoſitionem Ariſtotelis indefinite eſſe legendam, non *6.dubitat. Alexand. Reſponſio* autem uniuerſaliter. Sexto petunt, utrum ut ea quæ in uoce notæ ſunt eorum quæ in anima : ita ea quæ ſcribuntur , eorum quæ in uoce . Reſpondet Alexnder quòd ſic, & tunc litera eſt legenda ſic. (Sic ſunt quidem igitur ea quæ in uoce,earum quæ in anima paſsionum notæ:quemadmodum quæ ſcribuntur, eorum quę in uoce.) Nam uerbum illud καὶ græcum, quod latine frequentiſsimæ in & conuertitur. Interdum Alexander uult apud græcos accipi pro nota ſimilitudinis, ut pro ſicut, uel quemadmodum, & id genus. Hæc Alexander dicerer. Huic obiicit Porphyrius. *Obiectio. Porphyrii* Primo quia ad ſimplicem ſenſum nihil addi oportet. Secundo, quia in tam breui ordine, tamq; breui oratione non eſt partitio intercidenda. Tertio,ſi ita ſe habent quæ ſcribuntur ad uoces, ut uoces ad ea quæ in anima: tunc ut uoces uariis literis permutantur,ſic paſsiones uariis uocibus euariabun*Expoſitio propria.*tur. Mihi uidetur cum Alexandro & Aſpaxio,& ita ſecundo modo exponi poteſt ut Ariſtoteles proſequendo de nomine uerboq; primo colligat inter uoces & ſcripta conuenientias ſecundo inter res & paſsiones. Voces igitur & ſcripta conueniunt primo quod ambo ſunt ut ſigna,uoces quidem conceptionum, ſcripta uero uocum. Secundo, quod ut uoces non ſunt omnibus eædem , ita ſcripta. inquit (ſunt quidem igitur quæ in uoce , earum quæ in anima, paſsionum notæ, & quæ ſcribuntur , eorum quæ in uoce.) Quare uoces & ſcripta conueniunt in hoc,quod ambo ſunt ut notæ ſiue ſigna. Et hæc eſt prima conuenientia. Deinde ſubſcribit ſecundam dicens(& quemadmodum quæ ſcribuntur non eadem omnibus, ſic neq; uoces eædem.)Hæc eſt ſecunda conuenientia. Dixit autem (in Anima) quod græce eſt ἐν τῇ ψυχῇ,& non in intellectu : quoniam intellectus etiam ad diuinum refertur, aut quod intellectus nouas paſsiones non ſuſcipit, ſed de his in libro noſtro de intellectu, & de anima. Ea ergo quæ ſunt in uoce & ea quæ ſunt in ſcriptis conueniunt primo, quod ambo notæ ac ſigna ſunt. Secundo omnibus eadem non ſunt. Tunc ad obiecta contra Alexandrum. Ad primum dicendum, il*Defenſio Alexan.*lum ſimplicem ſenſum eſſe potentia & uirtute amplum & compoſitum . Similiter ſi oratio eſt breuis, compendio eſt oblonga. Ad hæc tertium argumentum probat ibi non eſſe in toto ſimilitudinem, ſed in parte eſſe poteſt, ut Alexander ſentit.

Quorum tamen hæ notæ primo eædem omnibus paſsiones animæ ſunt. Et quorum hæ ſimilitudines : res iam eædem. De his quidem igitur dictum eſt in his quæ de anima: alterius enim hæc ſunt negocij.

Cœpit Ariſtoteles, ut Alexander dicebat, ponere differentiam inter ea quæ poſitione talia ſunt, & ea quæ natu*Com.3. Intentio.*ra talia. Ea quæ in uocæ, & ea quæ ſcribuntur, poſitione talia ſunt. Nunc uero quod animæ paſsiones & res ſint natura, tales, declarat. Poteſt autem textus eſſe præmiſſa, & *Syllogiſ.* poteſt eſſe ſimplex narratio. Siquidem præmiſſa, ſyllogiſmus erit quæ eadem apud omnes, ſunt per naturam talia. Natura enim, ut Ammonius inquit, eſt uniformis ſemper. Paſsiones & res eædem apud omnes. igitur natura tales erunt. De ſyllogiſmo accepit minorem tantum in textu. Si uero eſt narratio tantum, eſt tunc ſecunda pars differentiæ, & inquit.(Quorum tamen hæ notę primo,ſunt paſsiones animæ omnibus eædem : & quorum hę ſimilitudines, res iam eædem)ſunt igitur paſsiones & res ſunt omnibus eædem, & ita tales per naturam. Hac fortaſſe expoſitione *Argu.Herminii nullum.* Ariſtotelis uerba examinando, argumentum Herminii contra Alexandrum imbecille eſt. Non enim Alexander uult *Põ. Por.* quod apud omnes ſint paſsiones eędem apud, quos uoces. Sed ut dixi, quod uel tangat minorem, uel partem differentiæ ſecundam perficiat. Animaduerſione dignum Porhyrium in defendendo Alexandrum, affirmare quod ea quorum uoces apud omnes eædem, & ipſa ſunt eadem : & hoc generatim tam uniuocis ipſis, quam equiuocis. De uniuocis quidem ex ipſorum nominum ratione conſtat. De ęquiuocis uerò quoniam animus audientis ſemper ſibi nomen ad ſignificationem debitam, ad quamve à proferente emi*Cõfutatio*titur accipit. Sed hoc ſtare non poteſt : nunquam enim æquiuoca propoſitio eſſet diſtinguenda : nam animus auſcul*Expoſitio Erme.*tantis ſemper eam conformiter animo proferentis acciperet. Hermenius aliter ſermones Ariſtotelis intelligit quod ipſe ponat quæ uocum,& quæ paſsionum ſint. ſignificatio*Confutatio.*nes : Nam uoces ſignificant paſsiones primò, & ſecundò res:paſsiones autem tantum res decernunt. Sed hoc ſtare nõ poteſt: primò quod Ariſtoteles dixit hęc non igitur ſapide eſſet hic repetendum.Secundo uerbum illud eadem ad quid *Dubitatio* adderetur ? Eſſet enim inutile, niſi Ariſtoteles commune *Reſp. Ale.* paſsionibus & rebus ſumat.ut dicit Alexander. Sed tunc dices ad quod uerbum illud {primo} additur{ Alexander uult nomina ſignificare paſsiones,ac res, ut nomen iſtud homo *con.Alex.* & naturam ipſam hominis exiſtentem, & eius conceptionẽ ſignificet: uerum quia nomen unum æque primo duo ſignificare non poteſt: idcirco Ariſtoteles adiicit {primo}. Nam *Recentiores.* ea nomina quæ in uoce ſunt, primo paſsiones ſignificant, ſeccundo uerò res. Recentiores obiiciunt: nam ordo ſignificationum eſt iuſta ordinem conceptionum. Sed res prius intelligitur, quam eius paſsio. igitur prius uoces ſignificatur. Ad hæc,nomen ſemper predicatur de ſua ſignificatio*Defenſio: Alexandri*ne. Nomen illud homo non prædicatur de hominis conceptione:igitur illam non ſignificat. Dici poteſt pro Alexandro quod nomen in uoce primo primitate (ut ita dicam) ſubordinationis paſsiones primo ſignificabit. Primitate au*Ponderatio literæ.*tẽ apprehenſionis,res primo.Quare textus debet ſtare{ Quorum tamen hæ primo] non autẽ{primum}. Nam græcus codex

dex habet πρώτως, & non πρώτων. Vbi enim πρώτων legeretur, ut fortasse Boetius noster habebat, in latinum *Ordo.* primorum esset conuertendum. Collige igitur inter hæc quatuor, ordinem, quæ scribuntur significant ea quæ in uoce: quæ in uoces, eas passiones quæ in anima: quæ in anima, ea quæ in re consistunt, Licet non sit ordo essentialis, nam quæ scribuntur, & in uoce sunt, possunt æque primo passiones significare, quum scripturæ: pro supplemento uocum sint adinuente. Verum quia res hæc admodum est laboriosa ac difficilis, transmittit nos ad librum de anima.

Est autem quemadmodum in anima, aliquotiens quidem, intellectus sine uero falsoue: aliquoties autem iam cui necesse est horum alterum inesse: sic & in uoce. Circa compositionem enim & diuisionem est ueritas atque falsitas.

Cō.4. Hactenus hoc communiter de iis quatuor accepit, ut nomina & uerba esse in uoce & ad placitum significatiua col- *Intentio.* ligat: tum ut genus primum, tum ut communem habeat differentiam illorum, cum quibus oratio & enuntiatio ipsa conueniunt. Est enim oratio & enuntiatio in uoce, & ex impositione aut placito significantes, & per eiusmodi genus communemq́; differentiam differt a rebus ipsis cōceptionibusq́;. Nunc autem ipsa significare sine uero & falso declarat, ut uidelicet secundam colligat illorum differentiam: aut (ut Alexandro placet) ostendit enuntiationem significare, cum uero falsoq́;, ut per hoc etiam & enuntiationis differentiam colligat, non tantum nominis. Et licet litera possit multipli- *Syl. literæ* citer ad formam syllogismi reduci, ut facilius res intelligatur. literæ syllogismus non est aliter formandus, nisi ut iacet: ideo inquit. Est autem quemadmodum in anima aliquoties quidem intellectus sine uero & falso: aliquoties autem cui necesse est horum alterum inesse hoc, est, aut uerum aut falsum. Sic & in uoce, hæc est maior. Addit & ipsam minorem dicens. Circa compositionem enim, & diuisionem intellectualem est ueritas atque falsitas. Sed circa simplicium intelligentiam, neque ueritas neq; falsitas. Igitur in uoce etiam circa compositionem uel diuisionē erit ueritas aut falsitas: circa simplicitatem neq; sic, neq; sic. Et sic habetur totus syllogismus, per quem habebitur (ut dicemus in textu proximo) quod nomina ipsa & uerba ab enuntiatione differunt. nam nomina & uerba simplicia sunt, & sic erunt sine uero & falso. Enuntiatio, compositio, aut diuisio: igitur cum uero *Quo ad græc. uer.* aut falso. Et ita habentur genus & differentiæ nominum & uerborum. Quantum uero ad uerba græca attinet νόημα græce latine est tum intellectus, tum conceptus, & quomodocunq; sit multiplex est, compositus siue diuisus, ut enuntiatio, siue ratio in anima, affirmatiua uel negatiua. Simplex, ut hominis, aut equi. Et discursiuus, ut syllogismus. Modo patet uerum uel falsum esse in compositione. Simplicia uero es- *Dubitatio Responsio Tho.* se absq; uero & falso. Hæc quod ad uerba. Quærunt autem utrum hic arguendi locus sit a simili tantum, uel a simili & causa. Respondet expositor ab Ammonio accipiens: hanc manifestationem esse non tantum a simili, sed etiam a causa, quam effectus ipse imitatur. Est enim intellectus causa, quæ uero in uoce effectus. Sed hoc stare non potest, quia nō uidetur quomodo conceptus sint causæ ueri & falsi in uoce *Cōfutatio* non enim ut materia aut forma, quia conceptus nullatenus sunt aliquid uocum, nec eorum quæ in uoce, nec ut finis. nam finis uult esse ultimum, ut secundo auscultationis physicæ dicatur. Modo conceptus est prior & uocum ueritate: nec ut agens. nam ab eo quod res est, uel non est, oratio dicitur uera aut falsa, ut ab agente: ut dicitur in predicamen- *Sol. prop.* tis. Ideo: ut frequenter diximus, uerum & falsum sunt in intellectu ut in subiecto in uoce aut scriptis, ut in signo: in rebus, ut in causa. Vis igitur arguendi non est demostratiua sed dialectica a simili tantum. Multa adiici possunt, quæ ab expositoribus tum græcis, tum latinis perquire. Hæc enim raptim scribimus.

Nomina quidem igitur ipsa aut uerba consimilia sunt sine compositione & diuisione intellectui, ut homo uel album, quando non additur aliquid nam nondum falsum aut uerum est. Huius autem signum hoc est, hircocerus etenim significat aliquid quidem, sed nondum uerum aliquid aut falsum, nisi esse aut non esse addatur, aut simpliciter, uel secundum tempus.

Hæc litera potest introduci: uno modo, ut sit conclusio quomodo expositor induxit, innisus forsitan uerbo illatiuo *Com. 5. 1. exposi.* igitur. Alio modo potest induci, ut sit minor syllogismi sub *2. expo.* accepti sub syllogismo principali, qui sic erat: compositio uel diuisio in intellectu sunt cum uero & falso, intellectus sine compositione & diuisione nec sunt cum uero nec cum falso. Ex quo uoluit habere hanc conclusionem, in uoce sunt quædam cum uero uel falso, quædam non sunt cū uero aut falso: modo addit minorem dicens, nomina ipsa & uerba similia sunt intellectui, qui est sine compositione & diuisione, hoc est nomina & uerba sunt uoces simplices, subaudi conclusionem: igitur significant absq; uero & falso. Illa itaq; particula illatiua igitur, addita est, ut notaretur conclusio contineri in hac minori. propterea supplet exemplū dicens, ut hoc nomen homo, aut album, quando non additur aliquid: nam nullo illis addito, nondum eorū aliquod falsum aut uerum est. Rem hanc Aristoteles confirmare uidetur *Signum.* signo: quod potest loco a maiori sic formari. si aliquod nomen se solo significat cum uero aut falso, maxime esset hircoceruus. Tunc dat oppositum consequentis dicens: sed nōdum uerum aliquid aut falsum, nisi esse aut non esse addatur. & hoc aut simpliciter, aut secundum tempus. Sic igitur patet nomina & uerba seorsum accepta significare, & non *Dubitationes.* cum uero aut falso. Sed circa uerba textus quærunt primo, cur usus est nomine composito & non simplici. Huius causæ *Prima.* possunt esse plures, ut e uerbis Ammonii excipi potest. Primo, quia nomina eiusmodi uidentur potissimum falsitatem *1. causa.* significare, propter partium incompossibilitatem. Secun- *2* do, ut innueret non solum nomina simplicia ad ueritatem significandam egere uerbo, sed etiam nomina ipso composita. Tertio, utitur exemplo in fictis, ut innueret ueritatem *3* non solum reperiri in rebus, sed in his quæ sunt ab intelle- *2. dubitatio.* ctu solo. Secundo quærunt: cur ait compositionem significare cum uero uel falso, & non significare uerum uel falsum. Similiter & nomina significare sine uero & falso: & nō *Solutio.* ait nomina, non significare uerum aut falsum. Dici potest, quo'd differunt significare uerum & significare cum uero. Nam hoc nomen uerum, significat uerum, ut hoc nomen falsum significat falsum. quia significant se: non tamē cum uero, quia suum significatum non significant cum ue- *3. dubitatio.* ro aut falso, nisi addatur uerbum. Tertio quærunt quid Aristoteles uult per simpliciter aut secundum tempus? Re- *1. Responsio.* spondent quidam primo, quo'd uerbum presens interdum dicit esse simpliciter, ut substantiam: ut cum dicitur, deus est. Quandoque tempus tantum, ut dies est. Dixit igitur, aut *Cōfutatio* simpliciter aut secundum tempus, propter hæc. Sed hæc expositio non placet. Nam Aristoteles loquitur de esse & non esse generatim, ut sunt notæ extremorum, quæ abstrahunt ab his. Expositor aliter ait: tempus præsens esse sim- *2* pliciter: Cætera, ut preteritum ac futurum, esse secundum quid, hoc est secundum tempus. Sed hæc expositio forte *Cōfutatio* non ualet. quia quælibet differentia temporis est tempus secundum quid. Quoniam per aliquid differt ab aliis differentis. Aliter Ammonius, quo'd uerbum potest accipi dupliciter. uno modo absolute, ut est, fuit, uel erit. alio modo cum aduerbiis temporis est nunc, fuit heri erit cras. Pri- *Sol. prop.* mo modo, dicitur simpliciter. Secundo modo, dicitur secundum tempus: sed utcunque sit textus patet. Sed contra hæc dubitant nonnulli recentiores, uidetur enim nomen uel uerbum significare cum uero aut falso. Primo, quia ad placitum significant. Igitur possibile est unum nomen imponi ad significandum idem quo'd deus est. Sed casu posito, illa significat cum uero uel falso. igitur nomen ut pote a, aut *Quæstio.* b, Secundo, hæc est una copulatiua uera, omnis homo est risibilis & econtra. Modo hoc hesse non potest, nisi uerbum contra significet cum uero uel falso. Sorticolæ in re hac *2. positio.* discordant. Nam quidam eorum uoluerunt eiusmodi nomina, ut, a, uel b, significare posse cum uero aut falso. & consequenter concedunt esse enuntiationes aut propositiones, Hoc probant, quia concedendæ, aut negandæ sunt enuntia- *Secunda responsio.* tiones uel prepositiones. sed hæc sunt concedenda, uel neganda, aut dubitanda. Igitur sunt enuntiationes. Alii simpliciter casus hosce nullatenus amittunt: & ita

negant a, esse propositionem, uel uerum aut falsum significare, ut per uerba Aristotelis uidetur, & per rationem: quia sunt simplicia, quæ nunquam cum uero aut falso significant, nisi addatur esse uel non esse. Sed hæc solutio stare non potest: quia ubique Aristoteles accepit literas pro enuntiationibus, ut in primo Posteriorum: contra antiquos, qui in demõstrationibus dederunt circulatum, & in primo & secundo Priorum frequenter. Alii concedunt hos casus quòd uidelicet a, uel b, possunt significare cum uero uel falso: sed dicunt eiusmodi non esse enuntiationes, aut propositiones. Quia non significant cum uero uel falso per modum complexi. Sed hoc uidetur difficile: nam cuicunque competit ratio significandi, ei debetur modus. Quare si is competit ratio significandi complexa, etiam & modus debebit.

Responsio propria. Propter hæc uidetur mihi esse dicendum, nomina & uerba quo ad primam eorum impositionem non significare nisi incomplexum, neque cum uero, neque cum falso. Quo uero ad nouam impositionem, cum sint ad placitum, possunt significare cum uero uel falso. nunquam tamen erunt propositiones aut enuntiationes. Propterea non ualet, a significat cum uero uel falso, igitur est propositio aut enuntiatio. Oportet enim addere in antecedente, quòd significet ex prima impositione & non ex noua institutione. Et per hæc uerba Aristotelis & Alexandri rationes possunt moderari.

περὶ ὀνόματος hoc est de nomine. *Nomen igitur est uox quidem significatiua ad placitum sine tempore: cuius nulla pars est significatiua separata.*

Com. 6. Introduct. 1. dubitat. Cum interposuit communia quædam è quibus & genus & differentia nominis nancisci possent: nunc de nomine ipso aggreditur. Sed uidetur ordinem euertisse. *Prima rõ.* nam in libro priorum egit de propositione antequam de termino: modo ita se habet nomen ad enuntiationem, ut terminus ad propositionem. *Secunda.* Secundo, doctrina debet è notiori incipere. Sed nobis sunt prius nota tota, ut in physica traditur auscultatione. igitur prius ab enuntiatione, quæ est totum, quàm è nomine & uerbo: quæ sunt illius partes. Et si de nomine & uerbo prius quàm de enuntiatione ipsa. cur prius è nomine?

2. dubitat. Solutio prima. Ad primum quicquid (uelint ueteres græci) Aristotelem in prioribus resolutorie processisse: ideo e compositis processit. Nunc uero compositorie, ideo è partibus.

Ad secũd. Ad secundum, Esculanus fingit nomen esse ut materiam: uerbum uero ut formam. sed quia materia præcedit formam, ideo è nomine.

Cõfutatio Sed hoc stare non potest: quoniam materia non est scibilis, nisi per analogiam ad formam, ut in auscultatione physica dictum est. Igitur è forma ipsa, & consequenter è uerbo procedendum esset.

2. Ammonii. Ammonius ait nomẽ ipsum, substantiæ modum detinere. Verbum uero accidẽtis. Modo substantia est prior accidẽte.

Cõfutatio. Nec mihi placet hoc: quia substantia non nisi per cognitionem accidentium cognoscitur.

Solutio propria. Ideo dicendum, nomen ideo esse prius tractandum: quia facilius cognoscitur. Nam uerbum absque ipso nomine cognosci non potest. Significat enim esse, quod sine extremis non est intelligere. At nomen ipsum, cum sit absolutum quodam intelligi potest absque uerbo.

Cira uerba græca. Quantum autem ad uerba græca attinet in græcis codicibus inuenitur οὖν, quod latine est, tum igitur, tum ergo. & rationabiliter profecto, ut uidelicet annotaret definitionem eiusmodi ex diuisione proxime facta collectam esse. Hæc enim est regula definitionum inueniẽdarum. ut sexto Topicorum traditur. & secundo Posteriorum. ut post diuisionem fiat partiũ cõpositio, uti cõclusio. Qua ratione processit hic.

Quod nomẽ sit uox significat. Diximus enim uoces animæ passiones significare, & cum nomina passiones illiusmodi designent, uoces erunt significatiuæ. Vnde genus ipsum Aristoteles nactus est.

Quod ad placitum. Declaratum est etiam omne significans expositione, & non natura significare ad placitum. Quod græce est συνθήκη latine fœdus, pactum, institutio, aut placitum. Sed cum constet nomina significare expositione, iure ad placitum significant. Rursum declaratum est nomen significare sine uero & falso. *Quod sine tempore.* Omne autem sic significans est sine tempore significatiuum, & cuius nulla pars seorsum significat. Aristoteles itaque hæc omnia considerans: per modum consequentis definitionem nominis deduxit. Multa alia hic recentiores addunt: quæ (quia patent) omittimus.

In nomine enim quod est equiferus: equus ipse nihil per se significat: quemadmodum in hac oratione equus est ferus.

Com. 7 Introduc. Erat ultima definitionis pars, quòd nulla nominis particula seorsum separata aliquid significet. nunc illam exponit. Et manifestat hanc ultimam definitionis particulam in nominibus compositis. in quibus (ut inquit Ammonius) minus uidetur: ut quasi syllogicè & è maiori ad minus. Nam in hoc nomine quod est equiferus. pars hæc, ferus, aut equus seorsum nihil significat, quemadmodum in hac oratione, equus est ferus, aut equus ferus.

Circa græca uerba. Equiferus Calippus. Quantũ ad græca uerba attinet, uerbum equiferus græcæ est καλλιππος, à καλὸς quod latine è bonus, & ἵππος equus, sed quod minus sonat equibonus, ut equiferus. Boetius, & alii transtulerunt equiferus. Et ubi Boetius transtulit, ferus ipsum nihil per se significat, græcæ legitur, τὸ ἵππος sed non refert.

Equus est. ferus. Amplius uerbum illud quemadmodum in hac oratione equus ferus, potest legi cũ uerbo sic, equus est ferus, & absq; uerbo equus ferus. Solum enim uult habere, quòd pars nominis & si significet seorsum: non ita significat, sicut quando erat in oratione.

Cã. ordis. Incepit autem particulam definitionis ultimam exponere: quia, ut ex Ammonio colligitur, hæc particula est ut cæterarum finis, & omnibus principalior. Modo finis est intẽtione primus, & etiam cognitione.

Verum non quemadmodum in simplicibus nominibus sic se habet etiam in compositis. In illis enim nullo modo pars est significatiua. In his uero uult quidem, sed nullius separata. ἐν τῷ ἐπακτροκέλης τὸ κέλης οὐδὲν σημαίνει καθ' ἑαυτό in eo nomine quod est equiferus, particula, ferus.

Com. 8. Introduct. Sed dices igitur nomina simplicia & nomina composita non differunt. Ideo respõdet, quòd differunt, quia in simplicibus nominibus pars nullo modo est significatiua neque secundum ueritatem, neque secundum apparentiam. At in compositis uidetur quidem aliquid seorsum significare: sed nihil reuera significat, ut de hoc nomine equiferus diximus, quòd pars ferus nihil seorsum significat.

Circa græca uerba. Quantum ad græcam literam attinet uerbum illud, uult, græce est βούλεται. Melius tamen (ut mihi uidetur) sonat, apparet, aut uidetur. nam nomina composita, ex quo imposita sunt à conceptione composita. uidetur quòd illorum partes seorsum aliquid significent. Nomina uero simplicia cum instituta sunt à conceptionem simplici. partes eorum seorsum nec significant nec significare uidentur.

Syllogis. Ex his potest syllogismus sic componi. nullius nominis simplicis nullius nominis cõpositi pars significat separata. Omne nomen aut simplex, aut compositum. Igitur nullius nominis pars significat separata. Minor supponitur. Prima pars maioris & secunda declaratæ sunt in textu.

Quæstio. Sed quærunt, utrũ alicuius nominis pars significet separata? Et uidetur quòd sic, quia cuiuslibet compositi ex pluribus nominibus pars significat separata. Sed aliqua nomina componuntur ex pluribus nominibus, ut equiferus, & id genus.

Solutio cõmunis. Omnes ad quæstionem & græci & latini conueniunt, partes nominis comparari posse ad totius compositi intellectũ, aut inter se. Primo modo, nulla significat separata, nisi in oratione equus est ferus, homo est bonus. Seorsum enim illud idem partes hæ significãt: quod in oratione tota significabant. Et hoc modo intelligit Aristotele. Nam licet equus & ferus seorsum aliquid significent, non tamen ad intellectum totius. Propterea inquit Ammonius nullum nomẽ componi pluribus è nominibus, quatenus nomina sunt, sed quatenus transeunt in uim syllabarum. Equus enim & ferus in hoc nomine equiferus, syllabarum uices detinent.

Solutio Auer. Auerroes autem in paraphrase huius loci utitur aliis uerbis, quòd partes nominis nunquam per se significant separate. sed per accidens quod est dicere: non quatenus sunt partes nominis, sed quatenus seorsum sunt trãseunt in uim nominũ. At in oratione partes seorsum in idem significant quod in oratione: quia utrobique quatenus nomina sunt.

Ad placitum uero: quoniam nullum nomen est sua natura signum, sed cum fit. Significant nanque & illiterati soni

ni,ut qui ferarum,quorum tamen null um est nomen.

Com.9. Introductio.

Nunc tertiam explanat definitionis partẽ. Nam primã, quo'd nomen sit uox,& significatiua, ex his quę cõmuniter accepit,uult esse manifestã. Illam uero, quo'd sine tẽpore, ex definitione uerbi declarabit. restat igitur ut tertiã exponat.

Circa græca uerba. Litera iuxta uerba.

Quantũ uero ad gręca uerba attinet,animaduerte quo'd uerbum uerbo transferendo litera Aristotelis est, secundũ placitum uero,quoniã natura nominũ nihil est sed cum fit,nota. Nota enim,græce est σύμβολον,latine etiam signũ. Sed cum hæc litera ad uerbũ translata minime sonat: ideo transtuli ad placitum uero: quoniã nullum nomen est sua natura signum,sed cũ fit ex instituto. Hoc enim differt & à rebus, & ab animæ passionibus,ut diximus.

Quòd nam significãs non sit nomen.

Et quòd natura significans non sit nomen,exemplo à sonis animaliũ persuadet. & inquit. Significant nanq; sua natura & illiterati soni, ut qui ferarũ: quorũ tamen propter significationem quàm habent naturalẽ,nullum est nomẽ. Igitur nomẽ ab instituto signũ esse debet:& hæc ratio ualet,siue sit locus è contrario,siue sit locus è simili,siue aliter.

Questio ex Alexãdro.

Animaduerte,quòd animaliũ soni dicuntur ἀγράμματοι hoc est illiterati, quoniam scribi non possunt,& à natura significant:quia eodẽ modo est in omnibus animalibus. habet enim à natura animal ipsum per suæ uocis sonũ significare affectũ. Quare propter duo, eiusmodi soni nomen esse nõ possunt,tũ quia illiterati,tum quia è natura. Rectè igitur dictũ est ad placitũ. Mouent quæstionem ex Alexandro talẽ. uerba sunt uoces,uoces sunt nomina,igitur uerba sunt nomina:conclusio falsa,& nõ pro maiori. igitur pro minori.

Responsio Ammonii.

Respõdet Ammonius,quòd nomen & uerbũ sunt uoces secundũ materiam, ut arca est lignũ secundũ materiã. materia enim nominis & uerbi à natura est ut uox. Forma autẽ nominis ab arte atque institutione,ut arca. quo quidẽ ad materiã à natura est:quo uero ad formam ab institutione ac arte. Sic nomen quo ad materiã est res naturalis. quo ad formã est res ab arte: ut igitur non ualet. lignũ est à natura,ianua est lignũ,igitur ianua est à natura.

Replica Ammonii. Responsio eiusdem.

Obiicit autẽ huic Ammonius:quoniã si nomen est ab institutione, & nõ à natura:tunc signũ aptius in nominis definitione caderet quam uox. Respõdet ipse hoc esse factum: quia in definitione accidentis in concreto debet poni subiectũ loco generis,& accidẽs pro differentia. At cum nomen accidens sit uoci ideo dicitur nomen est uox.

Cõfutatio Prima rõ.

Sed hæc respõsio non mihi placet. Primo,quia si nomen esset forma artificialis tũc esset quid additũ uoci. Hoc autem falsum est. Nã aut erit substantia aut accidens:non substantia:ut patet. Si accidens, non absolutũ,ut patet,nec relatiuum, quia tunc esset relatio realis: nam fundamẽtũ reale est,ut uox terminus realis,ut res significata. Amplius nomen uidetur abstractũ. igitur in definitione debet cadere subiectũ in obliquo.

2 Solutio propria.

Videtur igitur mihi: nomen ipsum nihil aliud esse nisi uocẽ articulatam cum intentione significandi aliquid prolatã. Vt enim urina est signũ sanitatis nullo addito sibi, sed quatenus ab intellectu efficitur signũ sanitatis: sic uox est nomen nullo addito, sed quatenus ab intellectu instituitur ad significandũ. Sindapsus enim nõ nomen est. Sed si ad significandũ instituitur, fiet non nota siue signum,qua ratione nomen fiet ut Boetius inquit,& hoc inquit Aristoteles, cũ ait:quoniã naturaliter nomen nihil est,sed quando fit nota. & ita nomen est uox secũdum materiã & formam sic instituta ut signũ.

Solutio argumenti.

Tunc ad argumentũ Alexandri dicerẽ,ibi esse deceptionẽ propter accidens,ut non sequitur. homo est animal. animal est dictio. igitur homo est dictio,aut non sequitur,homo est animal, animal est genus,igitur homo est genus. Variatur enim,ut sorticolæ sentiunt,suppositio. Nam in prima animal supponit formaliter. In secunda materialiter,ideo nõ ualet.

Dubitatio

Sed dubitant græci:nam Aristoteles,ait,nominum naturaliter nihil esse,hoc est,nominũ significatio non est naturalis. Plato uero & Socrates in Cratilo uolunt nomina e natura ipsa esse. Et ita isti sunt contrarii, quod apud græcos habetur remotum.

Positiones.

Circa hanc dubitationem quidam(ut Ammonius narrat)uoluerũt nomina esse simpliciter & omnino ab institutione,& nullatenus è natura,cuius opinionis fuerũt Hermogenes,& discretus Diodorus. Alii dixerunt nomina esse simpliciter à natura quatenus sunt rerũ naturales similitudines. Cuius positionis fuerũt Cratillus hæredeus,atque Heraclitus Ephesius,

Solutio Ammonii.

Ammonius uoluit nomina ipsa esse naturalia,quantum ad ethymologiam. Nam omne nomen uult esse impositum è proprietate reperta in re,ut lapis quasi lædens pedem,& petra quasi pede trita. Quantum uero ad significationem ipsam ab institutione sunt. Et sic inter hos duos consultat.

Replica

Et si dicitur unam rem naturalem plura nomina habere.

Respõsio.

Respondet quia à diuersis proprietatibus nomina diuersa nanciscitur.

Confutatio.

Sed pace horum hoc stare non potest.

1.ratio.

Primo,quia tunc nullum esset æquiuocum à casu nam omne nomen significaret à proprietate rei,& sic canis esset analogum,& non æquiuocum casu.

2.

Secundo ut in natura accidunt casus,quorum nulla causa potest dari nisi per accidens,ita & in arte. & per consequens possunt dari nomina à casu nullaq; rerum proprietate.

Authoritas Aristo. propria.

Et uidetur hæc sentẽtia Aristotelis in primo Elenchorũ, ubi inquit.nomina quidẽ finita sunt & orationũ multitudo. res autẽ numero infinitæ, necesse est igitur eandẽ orationẽ & unũ nomẽ significare plura. Propter ꝙ mihi uidetur esse dicendũ,in uniuocis & speciebus nomina esse omnia imposita à proprietate rei,ut homo ab humanitate siue humo, lapis à læsione,& unũquodq; à sui ethymologia, licet ĩ multis illa nos lateat. In æquiuocis uero,& singularibus, nomina esse casu assero. Vnde Boetius in Prædicamẽtis.cõmẽto primo inquit.æquiuocorũ alia sunt casu,alia cõsilio.casu ut Alexander Priami filius,& Alexãder Magnus, Augustin. Aurelius, & Augustinus Niphus. Casus enim idegit,ut idẽ utrisq; nomen imponeretur.

3. dubitatio.

Dubitãt sorticolę,utrũ nomẽ in mẽte sit nomẽ. Videtur ꝙ nõ,per Aristotelis definitionẽ,nam nomen est uox. in mẽte autẽ nulla est uox. Pro alia parte est, ꝙ nomẽ primæ & secundę(ut dicunt)intẽtionis est in mẽte. Amplius in mẽte est enuntiatio. Sed omnis enũtiatio cõstat ex nomine & uerbo. Igitur in mẽte sunt nomina & uerba.

Solutio.

Dicendũ apud Boetiũ in prædicamẽtis.capite de substantia. in mente non esse orationẽ:& per consequẽs nec enuntiationẽ. Id autẽ cui subordinatur oratio siue enũtiatio græce ἔσολογὸς, latinè interior ratio appellatur. Enũtiatio uero ipsa gręce est ἔξολογὸς hoc est,exterior ratio. Apud enim gręcos λόγος est cõmunis rationi & orationi. Apud nos uero interior ratio uno nomine uocatur ut ratio:exterior ratio uero oratio. Tũc dico in mẽte nec esse enũtiationẽ,nec orationẽ,nec nomina, nec uerba,sed bene conceptiones cõpositas & simplices. Cõpositas quidẽ,quibus orationes siue enuntiationes ipsę subordinãtur. Simplices uero,quibus nomina & uerba, & ita cõcedo in mẽte nõ esse nomina,neq; uerba,sed significationes quibus hæc subordinantur. Ad argumenta in contrarium patet solutio:nullũ enim est nomen primæ aut secũdæ intẽtionis,licet sit nomẽ primæ aut secũdę impositionis. Omne enim nomẽ est ab impositiõe. Ad secũdũ patet solutio, in mẽte est ratio,in uoce oratio siue enũtatio,quę rõni subauditur.

Ipsum uero non homo,non nomen est:sed uel neque nomen positum est,quo ipsum appellare oportet. Neque enim *est oratio, neque negatio, sed nomen uocetur ambiguum. Quoniam similiter in quolibet est, & eo quod est, & eo quod non est.*

Com. 10. Textus inductio.

Obiiciet autem quispiam definitioni datæ,quod tunc nõ homo & id genus,Catonis & id genus essent nomina. Nam his competit definitio data. Respondet Aristoteles & excludit duo à ratione nominis. primo nomen ambiguum. secundo casus nominum & sic definitioni datæ oportet supplere duas illas particulas,si debeat esse perfecta,ut dicemus.

Duo accipit. Primum. Secundum

Accipit igitur duo. primum, quòd non homo & cætera id genus non sunt nomina. Secundo.quòd iis talibus non est unũ impositum nomen, & hoc inquit ipsum uero non homo,nõ nomen est, hoc est, primum. Sed uel neque nomen positum est, quo ipsum appellare oporteat, hoc est secundum. Hæc per ordinem declarat.& primo,ꝙ nõ sit ei nomen impositũ. Videtur enim cum duobus cõuenire. cũ oratione propter cõplexionẽ:& cũ negatione propter particulã negatiua.ideo probãs secundũ inquit Neq; enim est oratio, neq; negatio. Deinde probat primũ, & fingit illi nomẽ,quo, nũc appellari liceat,& inquit.sed nomẽ sit aut uocetur(si fingere liceat) ambiguum, quia ut dicit,& ꝙ est,& ꝙ non est in oratione rerum sine descrimine ullo significat.& hoc inquit. Quoniam similiter in quolibet est, & eo quod est, & eo

quod non eſt. Hircoceruus enim non homo eſt, & equus etiam non homo. Quantum uero ad græca uerba attinet *Circa uerba græca.* ambiguum grecæ eſt ἀόριστον; quod latine nõ eſt infinitum. Nomina enim greca ſunt diuerſa. Græci enim infinitum *Ambiguũ* dicunt ἄπειρον. Ambiguum quod inferens eſt ac innominatum ἀόριστον uocant. Differunt enim ἄπειρον & ἀόριστον. Nã infinitum proprie in quantitate eſt, ut in numeris, aut mole, quod uidelicet caret fine. At ἀόριστον hoc eſt ambiguum, eſt etiam in non quantis, & indifferens. Ideo Ariſtoteles hoc deſignans ſubiecit, quia ſimili ratione ſignificat ens, ut equũ & non ens, ut hircoceruus. Per hoc enim illius indifferentia atquę ambiguitas deſignatur.

Quod non homo ſit nomen. Quo'd autem non homo & id genus nomen non ſint: græci hac ratione perſuadent. Omne nomen ſignificat aliquam naturam determinatam, ut homo: aut perſonam determinatam: ut pronomen: aut utrunque determinatè, ut indiuidua ſubſtantiæ, ut Socrates, & Plato. Sed ipſum non homo & id genus nullum horum affert igitur non nomen eſt dicendum. Propterea imponi debet nomen à negatione hominis: quia tunc æqualiter de ente & non ente, ut refert hic *1. dubitatio.* Ammonius. Quærunt recentiores, utrum omne nomen poſsit infinitari: ſiue (ut magis ad græcum loquar) utrum omne nomen poſsit reddi ambiguum, hoc eſt, ut ita loquar, aoriſtari? Reſpondent nonnulli ſorticolæ tranſcenden- *1. reſpõſio* tia aoriſtari non poſſe, ut ens, unum, & id genus. Mouentur autem propter Boetii uerba. inquit enim nomen infinitum præſentem naturam interimit. cum additur negatio infini- *1. ratio.* tas alias derelinquit. Modo ſiquis addat enti negationem, nulla derelinquetur natura. immo nec infinitas poneret. Idem ſorticolæ probãt: quoniam omne ſigum negatiuũ aut priuatiuum, terminum ſequentem ſe immediate diſtribuit pro ſingulis. Vt dicendo non ens. modo ens diſtribuitur: & ſic pro nullo ente, & ita negat omnem naturam nullam ad- *Solutio propria.* dens. Mihi uidetur quicquid uelit Boetius, non eſſe addendum ad ſimplicia Ariſtotelis uerba. Propterea teneo probabiliter, & cum proteſtatione dicendi aliter, ſi aliter occurret, omne nome poſitiuum, ſiue prædicamentale, ſiue tranſcendens poſſe aoriſtari. Intelligo tamen per aoriſtari, quando nomen ipſum redditur ambiguum & indifferens. unde cum dico non ens aoriſtice uolo intelligere non ens tale indeterminate ſumptum, quod nonnulli uocant confuſe, malo indeterminate: propter quod concederem hanc. lapis eſt non ens, ut uerbum non ens aoriſtice tenetur: quia eſſet ſenſus lapis eſt non ens tale: quia non equus, non homo, & id genus. Itemq; concederem ens eſſe non ens: quia ens tale eſt non ens tale: non ens eſſe non ens non propter hoc prædicatur de duobus contradictoriis: quia licet ens & non ens ſint con- *Ratio.* tradictoria: non ens tale & ens tale minime. Huius uero ratio eſt, quia non ens aoriſtice ſumptum eſt una dictio ſiue nomen unum. priuatiue autem aut negatiue eſt comple- *Auctoritas. Auer.* xum, ut oratio: huic uidetur Auer. ipſe conſentire primo auſcultationis phyſicæ, ubi com. 25. hæc nomina ens & non ens dic aſſerit de decim prædicamentis: quod minime poteſt intelligi niſi ipſum non ens aoriſtice ſiue ambigue teneatur. Amplius aoriſtice teneri eſt determinatam aut na- *2. ratio.* turam, aut perſonam, aut utrunq; ſignatum interimere: & indeterminatam aut naturam, aut perſonam, aut utrunq; ponere. Rurſus dicendo non Socrate, ipſum non Socrates *3. ratio.* aoriſtatur: non tamen diſtribuitur. propter hoc uidetur mihi omne nomen aoriſtari poſſe ſiue reddi ambiguum, propter quandam indifferentiam ad id quod eſt, & ad id quod non eſt & per hoc differt à nomine communi: quod licet ſit *Nomen commune aoriſtum.* indifferens: non niſi his quæ ſunt ſub eo indifferens eſt. Differt tamen aoriſtatio traſcendentis ab aoriſtatione termini prædicamentalis, quia aoriſtatio tranſcendens, eſt ſecundum quid: illa prædicamentalis ſimpliciter, ut dictum eſt. *2. dubitatio.* Querunt etiam utrum enuntiatio poſsit aoriſtari? Iamblicus Platonicus orationem ſiue enuntiationem aoriſtari poſ- *Prima reſponſio.* ſe contendit propter aoriſtationem ſubiecti, aut prædicati ſiue nominis, aut uerbi motus fortaſſe, quia ꝙ parti cõtingit ineſſe, toti quoq; accidit. ut quinto phyſicorũ habetur ubi .n. capiti criſpitudo ineſt, & homini ineſſe neceſſe eſt.

Confutatio. Sed hoc ſtare non poteſt: ait enim. neque enim oratio, neque negatio eſt, ſed omnis finita. Rurſus in capitulo de nomine & uerbo nomen & uerbum aoriſtari aſſerit: nullibi tamen orationem. Tenendum igitur nullam orationem, nullamq; enuntiationem aoriſtari poſſe. Tunc ad rationem pro Iamblico dico, quo'd omne quod parti ineſt neceſſe eſt toti ineſſe. Non tamen quicquid partem denominat, neceſſe eſt totum ipſum denominare: nam albedo dentes denominat Aethiopis: nequaquam Aethiopem. Dubitant & adhuc ſorticolæ. quia uidetur nomen ambiguum eſſe nomen quia ualet eſt nomen ambiguum: igitur nomen ab inferiori ad ſuum ſuperius. Reſpondendum non ualere: ſicut non ualet, eſt homo mortuus: igitur homo. itemq; nec ualet. eſt albus dentes: igitur albus. Non enim arguitur ab inferiori ad ſuperius: ſed à ſecundum quid ad ſimpliciter.

Ipſum uero philonis aut philoni & cætera id genus non nomina ſunt, ſed nominis caſus. ratio autem eius in alijs quidem eſt eadem quanquam differunt. Nam cum eſt, aut fuit, aut erit addideris: neque uerum neque falſum eſt. nomen uero ipſum ſemper, ut philonis eſt aut non eſt: nondum uerum aut falſum dices.

Quidam ut Stoici caſus eſſe nomina, & rectum eſſe caſum concedunt. Rectum quidem caſum, quia è mente ipſa cadit, & ab ipſo cæteri caſus, obliqua uero nomina, quoniam *Com. 11.* uoces ſunt ſignificatiuæ ad placitum ſine tempore. Excludit igitur caſus ipſos è nominis rationem: & inquit: ipſum uero Philonis aut Philoni non nomina ſunt, ſed nominis caſus. Addit tamen conuenientiam inter caſus & nomina & differentiam, & inquit. ratio quidem eius hoc eſt, nominis, quæ pauloante generatim aſsignata eſt. In aliis quidem eadem eſt, quaſi dicat quo'd ratio generalis nominis, quæ proxime aſsignata eſt, una eſt nomini ipſi atque caſibus quamquam differant: nam cum ipſis caſibus eſt aut fuit aut erit addideris, neque uerum neq; falſum eſt, nomen uero ipſum cum ſupple addideris, ſemper uerum aut falſum dices: ut Philonis ipſi eſt aut non eſt cum addes: nondum enim uerum aut falſum dices. Nomen igitur & caſus nominum conueniunt in ratione nominis generali: differunt autem, quoniam nomen additum uerbo eſt: ſemper reddit orationem *Definitio nominis perfecta.* aut ueram aut falſam. Ex his uult habere Ariſtoteles han eſſe nominis definitionem, nomen eſt uox ſignificatiua ad placitum: cuius nulla pars ſignificat ſeparata determinata, atq; recta, per hanc rationem habetur tota nominis *Ad argumentũ ſtoicorum.* eſſentia. Per hæc patet ſolutio ad rationem ſtoicorum, licet enim rectus cadat è mente: non propter hoc dicitur caſus dicetur enim etiam uerbum habere caſus: ſed id dicitur caſus, qui ab alio cadit per inflexionem, ur Boetius & Ammonius cadunt. Cur uero uſus eſt uerbo ſubſtantiuo, curve *Dubitationes literales.* generalem præmiſit nominis rationem. Ammonius è quo expoſitor noſter accepit, facile declarat: nam ſubſtãtiuo uſus eſt. quia cum cæteris uerbis caſus faciunt nonunquã orationes ueras. Præmiſit uero rationem generalem: quia doctrina incipit ab uniuerſaliori, adiecit ſpeciliorem ut generalem *Poſitio. Auer. do. nomine.* compleret. Animaduertendum quo'd Auerrois in paraphraſe huius capituli uelle uidetur, quo'd tam nomina ambigua quæ uocat infinita, quam caſus nominum ſint nomina: & hoc ideo dicit, quia uult nomen diuidi in hæc. Omne autem diuiſum prædicatur de diuidentibus: ſed quia hoc uidetur contradicere uerbis Ariſtotelis pro uerificatione literæ uult hæc non eſſe dicenda nomina abſoluta: nam propter excellentiam uidetur rectum nomen: & determinatum nomen eſſe nomina: quia uidelicet in illis nominis ratio prę ſtantius ſaluatur: & ita uult hæc eſſe nomina non priuationes nominum: licet abſolute dum nomen profertur de potioribus intelligatur, quemadmodum accidens eſt ens, & ſubſtantia eſt ens: uerum ens abſolute intelligitur principaliter de ſubſtantia: principaliter igitur nomen dicitur de rectis & determinatis ſiue finitis, licet communiter de utriſq; dicatur. Multa captiunculatores hic fabulantur, quæ cum puerilia ſint, prætereunda eſſe diiudico. Multa quoq; de nominis diſtinctione Ammonius addit, quæ cum ſint potius grammatice dicta, grãmaticis relinquant. Hæc de nomine.

Περὶ ῥήματος, hoc eſt, de uerbo. Verbũ uero eſt id quod ſignificat tempus: cuius nu lla pars ſeorſum ſignificat, atque ſemper eorum quæ de altero dicuntur eſt ſignum.

Et

Com. 12. Et de nomine tanquam de prima orationis parte, hactenus. nunc igitur de uerbo, quod græce est ῥῆμα, definiens itaq; uerbũ particulas quasdam, in quibus cum nomine ipso cõuenit: reticuit ut breuitatis amator, ut inquit Ammonius uolens illas esse intelligendas. tres uero alias explicat, quibus & à nomine, & ab oratione, & à participio differat. Per hanc igitur particulã, quòd significet tempus, nomen ipsum differt à uerbo, uerbumq; è nomine, quando nomen ipsum sine tempore significet, ut in eius definitione adiecit. Per secundam uero particulam, uidelicet cuius nulla pars significat seorsum, uerbũ differt ab oratione, cuius partes seorsum significant. Sed dices, hæc secunda particula posita est in definitione nominis: igitur debuit prætermitti ut prætermittuntur aliæ communes sibi & nomini. Respondet Porphyrius, quem sectatur Ammonius, quòd in definitione nominis addita est particula hæc, ut nomen ipsum ab oratione differat, quæ è nominibus constat, ut cum dicitur homo est anima. In definitione uero uerbi addita est ut uerbum ipsum differt ab oratione: quæ constat ex uerbis, ut currere est moueri, & id genus: ideo replicata est hic. Melius autem uidetur mihi esse dicendum quòd Aristoteles hanc particulam replicauit in definitione uerbi: qui uerbum uidetur habere cum oratione maiorem conueniẽtiam quam habeat ipsum nomẽ, ut eiusmodi sunt orationes amo, disputo, & id genus: quia igitur cum oratione habere uidetur maximam conuenientiam, ne sit errandi locus: idem replicat in definitione uerbi, ut pateat ipsum ab oratione differre: quam responsionem uidetur fortasse sentire expositor noster. Per tertiam uero particulam Ammonius, Boetius, & expositor uolunt uerbum differre ab ipso participio: quod quidem significat cum tempore: uerum hoc differt ab ipso uero, quod uerbum semper est signum eorum quæ de altero dicuntur, hoc est semper est intelligendum à parte prædicati. Participium uero indifferenter à parte prædicati & subiecti. Adiicit expositor nonnulla, quæ ab Ammonio excipit, quæ ommitto. Auerrois autem in paraphrase huius partis, uult hanc tertiam particulam non esse definitionis quicquam, sed esse additum ut proprium cum uerbo conuertibile: nam cum omne uerbum sit aut substantiuum aut adiectiuum, omne se tenet semper ex parte prædicati: ita uidelicet ut sit tota oratio in duo sectilis, in subiectum, quod semper est nomen uel loco nominis positum: & in prædicatum, quod est aggregatum ex apposito & uerbo, ut huius propositionis homo est animal, subiectum est homo, prædicatum est animal: recte igitur ut proprium est additum. Potest tamen per Auerroem hæc expositio colorari: quia nulla definitio, ut traditur sexto topicorum, dari debet per copulationis notam: aliter esset propositio copulatiua, quare uero uerbum semper, se teneat à parte predicati, posterius dicetur. Quantum uero ad græca uerba attinet, significat tempus græce est τὸ πρὸς συμαῖνον χρόνον, quod magis sonat latine consignificans tempus, & recte quidem cum multum differat significare tempus, & consignificare tempus: ut mox dicetur.

Dico autem ipsum tempus consignificare: quoniam ualetudo quidem nomen est, ualet uero uerbum. significat enim nunc esse.

Com. 13. Prætermittens unam particulam definitionis uerbi, quia exposita est in definitione nominis (ibi enim quid uult intelligere per illam particulam, cuius nulla pars significat separata est expositum) duas tãtum exponit: & primo quod per consignificare tempus uelit intelligere, per exemplum, & inquit. {Quoniam ualetudo quidem nomen est. ualet uero uerbum, significat enim nunc esse} Animaduertendum ut ex Porphyrio colligitur, quòd ualetudo & ualeo idem principaliter significãt. Similiter curro & cursus. ambo enim motũ pedum significant principaliter, sed hoc differunt, quòd ualeo secundario consignificat tempus ut ualetudinem cum differentia temporis præsentis, hoc est nunc alteri inesse, aut cum differentia temporis præteriti, aut temporis futuri, at ualetudo nullo modo tempus consignificat, sed tantum dispositionem corporis

Amplius idem significant, est, & ens: sed est, significat esse cum certa differentia temporis: ens uero esse tantum absolute. Recte igitur diximus uerbum consignificare tempus, & non significare tempus, sic enim non differret à nominibus ut ab anno, die, & cæteris id genus.

Quantum uero ad uerba græca attinet. in græco codice non est cursus neque currit, sed sic legitur. ὑγίεια, hoc est, ualetudo, & ὑγιαίνει hoc est, ualet, uerum de exemplis non multum curandum est. Expositio uerborum

Et semper eorum quæ de altero dicuntur signum est, ut eorum quæ de subiecto, aut eorum quæ in subiecto sunt.

Nunc tertiam particulam exponit, & potest (ut Auerrois innuit) dupliciter intelligi. uno modo ut uerbum sit semper nota prædicatorum ut quod, ut quando ipsum est prædicatum, ueluti in enuntiationibus de uerbis adiectiuis: ut Callias disputat, est enim disputat prædicatum: aut potest illud intelligi ut quo: quia ipsum est quo prædicatum dicitur de subiecto, aut est in subiecto, ut in enuntiationibus de uerbo substantiuo, ut homo est animal, aut homo est iustus. Animaduerte tamen, ut Boetius exponit in ante prædicamentis, quod dici de subiecto, competit per se generi atq; substantiæ, esse in eo subiecto, solum accidẽtibus. Propter hæc adiecit Aristoteles {ut eorũ quæ de subiecto} ut in prædicationibus per se {aut eorũq uæ in subiecto} ut in prædicationibus aut per accidens: amplians dictum suum ad omnia prædicata. Circa hęc dubitare solitus sum. Primo, an uerbũ sit pars propositionis. Secũdo, si pars, utrum se teneat cum subiecto, an cũ prædicato. Tertio, utrum si nota eorum quæ de altero dicuntur, aut quæ in altero sunt. Respondent recentiores ad primã, quòd uerbum nullatenus est pars propositionis. Alii quòd sit pars propositionis & sit semper pars prædicati aut totum prædicatum. Primi persuadent primam eorum positionem multis rationibus. Primo, quia uerbum non est terminus. primo Priorum: inquit enim ibi, Terminum uoco, in quem resoluitur propositio, ut subiectum & prædicatum: & nihil meminit uerbi. Secundo omnis pars propositionis potest esse maior aut minor, ut Aristoteles ait ibidem. Tertio Aristoteles cum docet terminos omni inesse, & nulli inesse, primo Priorum nihil uerbi meminit: igitur non est terminus necq; pars propositionis. Quarto: nulla daretur conuersio in terminis, quoniam uerbum nunqnam mutatur. Ex his & aliis multis uerbum nec terminum esse, nec propositionis partem contendunt. Sed contra hoc pro secunda positione faciunt Porphyrius. Ammonius, Boetius & omnes expositores græci & latini. Et potest hæc positio persuaderi. uerbum est pars orationis, ut omnes grammatici autumant: igitur pars alicuius speciei orationis, igitur enuntiationis aut propositionis. Secundo oratio constat ex nomine & uerbo, ut ait Priscianus & Ammonius in principio huius, ubi dixit nomen & uerbum esse partes integrales enuntiationis. propter hæc & alia tenemus cum grammaticis peripateticis uerbum esse partem orationis, propositionis, & enuntiationis. Vbi animaduertendum, esse duplex uerbum, ut Porphyrius notat, cathegoricum, quod Auerrois adiectiuum nuncupat, ut ualet currit, & id genus: & syncathegoricum quod Auerrois & alii substantiuum appellant, ut sum, es, est. Tunc dicendum, uerbum primo modo esse partem enuntiationis & prædicatum. causa est quia, ut dicit Aristoteles, illud nõ differt à nomine quo ad significatum principale, sed solum quo ad consignificatum: quatenus nomen non consignificat tempus. uerbum uero nunc esse, aut heri fuisse, & fore cras: igitur ut nomen est pars enuntiati, ita uerbum. uerbum secundo modo, non est pars materialis: quia nec subiectum nec prædicatum, sed significans quandam compositionem: quam sine extremis non est intelligere: igitur est pars formalis & prædicatum formale: & quoniam forma potest remanere eadẽ omni materia mutata. Propter hæc uerbum illud nunquã uariatur, etiam extremis mutatis. Hæc est Boetii, Ammonii, Auerrois, Porphyrii, & omnium græcorum expositio. Tunc ad rationes: Ad primam concedo uerbum substantiuum non esse terminum materialem, sed bene uerbum adiectiuum: nec contra hoc procedit uerbum Aristotelis. Per idem ad secundum, concedo uerbum substantiuum non posse esse, nec sic nec sic: propterea non est pars materialis. Verbum autem adiectiuum bene. Per idem ad alias rationes. omnem enim concludunt substantiuum uerbum non

Margin notes: Com. 14 — Dubiõnes. Prima. secunda. Tertia. Responsio recẽtiorũ.

eſſe partem materialem cum quo tamen ſtat eſſe partem formalem. Verba uero adiectiua ſunt prædicata ut patet. *Solutio ad ſecundā.* Ad ſecundam dubitationem recentiores breuibus uolunt uerbum ſubſtantiuum, quod eſt extremorum unitiuum, non magis ſe tenere ex parte prædicati quàm ex parte ſubiecti, cun ſit inter illa medium cum nullo magis ſe tenens: uerba uero adiectiua ratione participii in eis incluſi ſe tenent cum prædicato: ratione uero copulæ & uerbi ſubſtantiui cum neutro magis pro his facit ratio hæc, quia forma non magis *Prima rō.* eſt forma unius partis quàm alterius. Cum igitur copula ipſa ſit forma rationis & compoſitionis non magis cum ſubiecto quam cum prædicato ſe habere debet. Secundo aſti*Secunda.*pulatur huic id quod Ariſtoteles dicet, eſt, ſignificat quandam compoſitionem quam ſine extremis non eſt intelligere, igitur indifferenter ſe habet ad ambo. *Tertia.* Tertio, ſi uerbum eſſet pars prædicati in omni bono ſyllogiſmo medium eſſet æquiuocum, quoniam uariaretur continue aggregatū ex uerbo & prædicato, ut dicendo. omnis homo eſt animal. Plato eſt homo, igitur Plato eſt animal, in prima uerbum eſt ſe tenebat cum animali, in ſecūda cum homine, igitur uariatur. Quarto, tunc nulla daretur prædicatio ſuperioris de *Quarta.* inferiori: quia dicendo homo eſt animal, hoc totum eſt prædicatum, eſt animal, modo hoc totum non eſt genus nec ſuperius. *Quinta.* Quinto quatuor ſunt prædicata, primo Topicorum, capite quarto, quorum nullum eſt uerbum. *Refutatio poſitionis.* Sed hæc poſitio contradicit omnibus, Boetio quidem, quia uult uerbum eſſe notam, quatenus in prædicato notat aliquod accidens, Ammonio & Porphyrio ut uiſum eſt, Auerroi uero, quia inquit, & proprium uerbo eſt ut ſit ſemper appoſitum & non ſuppoſitum, ſubiectum & non prædicatum.

1. ratio. Rationibus etiam contradicit, quia omne additum alicui uocatur grammaticę appoſitum, logicę uero prædicatum.

Amplius prædicari eſt actus formæ, ſed uerbum eſt ma*Secunda.*gis forma quàm alterum, igitur ſibi conuenit ratio prædicati & magis. Propter hæc dicendum, ut ſupra, uerbum adiectiuum eſſe partem prædicati aut totum prædicatum: & *Poſitio proprii.* hoc quia non differt à nomine uerbali penes principale ſignificatum. At uerbum ſubſtantiuum, & ſi non ſit pars prædicati, eſt ſyncathegorema prædicati, quemadmodum ſigna uniuerſalia & particularia ſunt ſyncathegoremata ſubiecti. Huius ratio eſt, quia formalia cum formis coordi*Subiectū. qūo tenet uicem materiæ.*nantur, materialia cum materiis, conſtat autem ſubiectum tenere uicem materiæ, quatenus aut eſt ſubiectum uere accidentis prædicantis, aut inferius ad prædicatum: & utroque modo habet uicem materiæ, ideo ſibi materia*14. prædicatum ratiōnē formæ.*lia ſigna comparat. Prædicatum uero cum ſit aut accidens aut. ſuperius, rationem tenet formę, ideo attrahit ſibi formalia, quorum unum eſt uerbum: uerbum itaque ut ſic ſe tenet ex parte prædicati. Per hæc ad argumenta.

Ad argumenta. Ad primum patet ſolutio, uerbum enim ſyncathegorice ſumptum ſignificat formam, quæ licet ut forma cum nullo magis ſe teneat, ut ſyncathegorema ſe tenet cum ſuo ſimili, ut pote cum prædicato, ut ſigna materialia cum ſubiecto. Per ideam ad ſecundum, licet uerbum ut forma ſit indifferens, ut ſyncathegorema eſt ſignum prædicati.

Ad tertium dicendum, quòd ſyllogiſmus non uariatur, nec medium materiale, licet uarietur uerbum, non enim eſt pars materialis enuntiati aut propoſitionis.

Ad quartum, conſequentia non ualet, quia prædicatio ſuperioris de inferiori eſt ſecundum terminos materiales.

Solutio tertiæ quæſtionis. Ad quintum patet ſolutio, Ariſtoteles enim enumerat prædicata dialectica & non omnia. Tunc per hæc poteſt ſolui tertia dubitatio, nam uerbum cathegorice ſumptum, ut Porphyrius uoluit, eſt totum prædicatum principaliter connotans uerbum ſyncathegorice, ſyncathegorice uero eſt ſignum prędicatorum, ut enim ſigna diſtributiua ſiue quantitatiua coordinantur cum ſubiectis propoſitionum, quia ſubiecta ſe habent ut materiæ, ſic uerba ſyncathegorica cum ſint formalia coordinantur cum prædicatis igitur illa ſunt ſubiectorum ſigna, ſic uerbum prædicatorum ſiue nota ſiue ſignum.

N*on ualet autem & non laborat, non dico uerbum. Conſignificat quidem enim tempus, eſtq; ſemper de aliquo. Differentiæ tamen huic nullum nomen eſt poſitum, ſed ſic ambiguum uerbum, quoniam ſimili modo de quocunq; eſt & de eo quod eſt, & de eo quod non eſt.*

Secundum Ammonij expoſitionem, quam ut plurimum ſectamur, Ariſtoteles uolens complere rationem uerbi exclu*Com. 15.*dit duo à ratione uerbi, uidelicet infinita uerbi, & caſus uerborum, Primo itaque proponit intentum, & inquit. [Non ualet autem & non laborat non uerbum dico.] Et ſic infinita ſiue dubia aut ambigua uerba uult dici non uerba. Secundo explicat in quot conuenit cum uerbo, & inquit. [Conſignificat quidem enim tempus, eſtq; ſemper de aliquo.] ſubaudi aut ſignum aut nota aut prædicatum, igitur in duobus conuenit cum uerbo, tum in conſignificando tempus, tum etiam in eſſe de altero, etiam in aliis conuenit, ſed ut breuitatis amicus reticuit alia. Deinde, quia hæc uerbi maneries caret nomine inquit.] Differentiæ tamen huic nullū nomen eſt impoſitum, ſed ſi ambigum uerbum. [Cuius rationem ait. [Quoniā ſimili modo & de quocunq; eſt, & de eo ꝙ eſt, & de eo ꝙ nō eſt. [unde uirtus ſyllogiſmi erit indifferēs ſecundum prædicationē enti & non enti ambiguum eſt dicendum, non ualet & id genus eſt indifferens prædicatione, igitur ambiguum. Quantum uero ad uerba græca attinet, uerbum differentiæ græce eſt τῇ διαφορᾷ. Ex hoc *Ambiguū quid ſit.* poteſt dubitare quis ſi tale uerbum eſt differentia, igitur per ſe in genere, & ſic uere uerbum eſſe dicendum. Propterea per differentiam nō proprie illud quo differunt ſpeties ſub genere ſumit, ut recte Ammonius animaduertit, ſed diuerſitatē *Dubitatio literalis.* quæ etiam eſt eorum quæ ſpecie & genere differunt. Ambiguum uero græce eſt ἀόριστον, quod latine ſiue indeterminatum, ſiue ambiguum, ſiue indefinitum dicatur, illud intelligit quod eſt indifferens prædicatio ad ens, & ad non ens. Amplius uidetur quod non ſimili modo ſit de eo quod eſt ut de eo quod non eſt, quia de eo quod eſt uere eſt prædica*Similimo.*tum. ut equus non ualet aut non laborat, ſed de eo quod nō eſt, nihil poteſt uere eſſe. Exiſtere enim aliquid non exiſtenti impoſsibile eſt, Propterea uerbum ſimili modo græce eſt, ὁμοίως modo non dicit omnimodam ſimilitudinē, ſed (ut dicit Ammonius) ſecundū quid, ut enim hæc uera eſt, equus non ualet aut non laborat, ita hæc, hipocentaurus non ua*Auer. de uerbo infinito.*let aut non laborat, & ſic uidetur ſimilitudo in ratione generali non in ratione ſpeciali. Hæc ꝙ ad uerba ipſa græca ſatis.

Animaduertendum quòd de uerbo ita eſt dicendum ut de nomine apud Auerroem, ipſe enim uult uerbum eſſe genus, uius due ſunt ſpecies, uetbum, quod per excellentiam intelligitur finitum & determinatum, & aoriſtum, quod eſt indefinitum prædicatione, huic poſitioni conſonat uerbum illud, differentię tamen huic nullum poſitum eſt nomen, modo differentia, aut ad ſpeties generis, aut in ſpeciem contrahens, quo fit ut Ariſtoteles non uelit definitiones cōpleere, ſed definitum per differentias diuidere, ut illius ſpecies deſcribat.

Sed circa hæc eſt dubitatio non parua. Vtrum uidelicet *Dubitatio magna.* omne uerbum quatenus uerbum eſt poſsit infinitari: & ſi ſic, quomodo ab ipſo uerbo negato differt in ortione.

Recētiorū opinio. Tenent recentiores duo, primum omne uerbum quatenus uerbum poſſe infinitari, ſecundum quòd uerbum infinitum ſiue aoriſtum, quia (ut Eſculanus inquit) uerbum negatiuum uim tenet duorum, aoriſtum uero unius, ideo aoriſtum uerbum una dictio eſt & affirmatiua, uerbum negatum duæ dictiones ſunt contradictorium ad affirmátum.

Rōnes pro poſitione. Propterea apud eos hæc non contradicunt, currit & non currit, non currit tenetur aoriſtice.

Prima. Pro hac poſitione arguunt primo, quia Ariſtoteles inquit uerbum aoriſtum, ſimiliter de quocunque eſſe & de eo quod non eſt: hoc autem non competit ei niſi in oratione remaneat infinitum ſiue aoriſtum.

Secunda. Secundo dicat ipſum eſſe ſemper notam ſiue ſignum: hoc autem eſſe non poteſt niſi in oratione remaneat aoriſtum. *Tertia.* Tertio ut nomen in oratione poteſt remanere nomen aori*Quarta.*ſtum: ita uerbum etiam. Quarto omnis pars orationis poteſt remanere in oratione: ſed uerbum aoriſtum eſt pars orationis. *Vltima.* Vltimo, ſi uerbum aoriſtum ſolum extra orationem eſſe tale, tunc eſſet inutile atque ſuperfluum: & ſic uolunt uerbum aoriſtum in oratione differre a uerbo negato, eſſe quæ aoriſtum etiam in oratione ut ipſum negatum. Differentia autem dicta eſt apud hos.

Sed

plere, sed definitum per differentias diuidere, ut illius species describat.

Dubitatio magna. Sed circa hæc est dubitatio non parua. Vtrum uidelicet omne uerbum quatenus uerbum est possit infinitari, & si sic, quomodo ab ipso uerbo negato differt in oratione.

Recentiorum opin. Tenent recentiores duo, primum omne uerbũ quatenus uerbum posse infinitari, secundum ꝙ uerbum infinitum siue aoristum, quia (ut Esculanus inquit) uerbum negatiuum uim tenet duorum, aoristum uero unius, ideo aoristum uerbum una dictio est & affirmatiua, uerbum negatum duæ dictiones sunt contradictorium ad affirmatum.

Propterea apud eos hæc non contradicunt, currit & non currit, ut non currit tenetur aoristice.

Rationes pro positione. *Prima.* Pro hac positione arguunt primo, quia Aristoteles inquit uerbum aoristum, similiter de quocunque esse & de eo quod est, & de eo quod non est, hoc autem non competit ei nisi in oratione remaneat infinitum siue aoristum.

Secunda. Secundo dicit ipsum esse semper notam siue signum, hoc autem esse non potest nisi in oratione remaneat aoristum. *Tertia* Tertio ut nomen in oratione potest remanere nomen aoristum, ita uerbum etiam. *Quarta.* Quarto omnis pars orationis põt remanere in oratione, sed uerbum aoristũ est pars orationis. *Vltima.* Vltimo, si uerbũ aoristũ solum extra orationẽ esse tale, tunc esset inutile atq; superfluum, & sic uolunt uerbũ aoristum in oratione differre à uerbo negato, esse quæ aoristũ etiã in oratione ut ipsum negatũ. Differentia autẽ dicta est apud hos.

Refutatio Sed hæc positio stare non potest primo, quia non omne uerbum potest aoristari, quia non uerbum substãtiuum syncathegorice sumptum, quemadmodum nec nomen entis transcendenter sumptum apud eos. Secundo errant, quia nullum uerbũ syncathegorice sumptũ, hoc est ut importat compositionẽ tamen uidetur posse aoristari, primo quia aut particula negatiua addita uerbo tollit ab illo compositionẽ ponens oppositã diuisionẽ aut negationem, aut nullã ab eo aufert affirmationem siue compositionẽ, si nullatenus compositionem, aut affirmationem tollit, hæc enuntiatio hypocentaurus non currit, erit affirmatiua, igitur ualet hypocentaurus est ex affirmatiuo de tertio adiacente & nõ termino distrahente aut diminuente ad affirmatiuam de secundo. Secũdo, illa nõ differunt quæ nõ uariant enũtiationẽ quantum ad ueritatẽ & falsitatẽ, modo in nullo differt apud hos dicere hypocẽtaurus nõ currit negatiue, & aoristice tenẽdo particulã non, quoad ueritatẽ & falsitatẽ, igitur nõ differũt.

Vltimo, est authoritas Boetii hic expressa & expositoris etiam in secundo huius, qui uolunt uerbum infinitum positum in oratione non differre à uerbo ipso pure negato.

Solutio propria. Propter hæc animaduertendum est, quod uerbum siue adiectiuum siue substantiuum duo importare uidetur, unũ quatenus uerbum est, compositionem prædicati cum subiecto, qua quidem ratione est syncathegorema siue signũ prædicatorum, ut signa ipsa distributiua sunt syncathegoremata subiectorum, ut dixit Porphyrius.

Aliud uero non quatenus uerbum, sed quatenus descendit è nomine, importat idem illud quod nomen, ut laborat idem principaliter quod labor, è quo deriuatum est laborat ipsum est idem quod esse siue existẽs, & in cæteris id genus;

Tunc dico duo ad dubitationem. Primum est, quod sumendo uerbum quatenus uerbum, hoc est, ut imponat compositionem, & ut est syncathegorema prædicatorum ipsum non põt aoristari aoristatione alia è negatione ipsa, ut rõnes nostræ cogunt, & autoritates tactæ. Secundum est, quod uerbum ipsum quo ad significatum in quo cum nomine uerbali ipso conuenit, & per quod è nomine descendit, aoristari potest, aoristatione uidelicet transeunte in prædicatũ, ut hypocentaurus non laborat, sensus est hypocentaurus est non existens laborans, remanet.n. est ipsum syncathegorice sumptum pure affirmatũ, totum illud quod habebat cathegorice, remanet aoristatum. *Auer.* Hæc est sententia Auerr. plane in Paraphrase huius partis, & in secundo huius. Inquit.n. hic, & uerbum infinitum est quod significat illud quod significat nomen infinitum, & tempus illius intentionis, & illud est priuatio quã significat nomen infinitum. s. priuatio quæ definita est in lib. prædicamentorum, sicut sermo noster nõ sanatur, ipse nanq; significat illud quod significat sermo noster non sanitas, & tempus illius intentionis. i. illius priuationis. Hæc eadem in secundo huius ad uerbum etiã ait Auerr. & sic uerbum quatenus uerbum aoristari non potest, sed quatenus cum nomine ipso conuenit. Per hęc ad omnia argumenta patet solutio, nã bene cõcludunt posse uerbum aoristari & remanere in oratione aoristum, non tamen quatenus uerbum & syncathegorema, sed quatenus cathegorema, & quo cum nomine conuenit, ut uidelicet particula ipsa negatiua aoristat prædicatum pro tẽpore importato per uerbum, ut in hac enuntiatione, Scylla non currit aoristice tenendo particulam non, sensus est Scyllæ non cursus pro nunc inest, aut Scylla est non existens nunc currens, ubi uerbum est in enuntiatione illa erit purum syncathegorema prædicati aoristice tenti nihil aliud penitus importans nisi compositionem extremorum.

Similiter autem ualuit atque ualebit non uerbum, sed uerbi casus sunt. Differunt uero à uerbo, quoniam hoc quidem præsens consignificat tempus, illa uero circuncirca.

Secundum Ammonii interpretationem Arist. excludit à diffinitione uerbi, casus uerbi, ut præteritum & futurum. *Com. 16* Vult.n. casus hosce nõ esse uerba sed uerbi inflexiones, quęque hoc mõ differunt à uerbo, quatenus uerbum ipsum præsens tẽpus consignificat, illa uero cõsignificant circuncirca, ut præteritũ quod est ante præsens, futurũ qđ est post pñs.

Quantum uero ad uerba græca attinet Arist. adiecit tempus cũ dixit præsens tẽpus. Nã, ut Ammonius inquit, præsens dicitur de momento, qđ græce est νῦν, latine nunc, & quoniã in ipso nunc non põt esse actio & passio, quę propria sunt uerbo, ad concludendum ipsum, nunc adiecit tẽpus.

Amplius uerbũ illud circũcirca grçce est πέριξ, quod Boetius transtulit quod complectitur, sed rationabiliter circũcirca dicuntur, quia præteritum & futurum circuunt pręsens, quoniam præteritum est quod fuit præsens. Futurum uero quod erit præsens hinc fit quod solum præsens dicatur absolute tempus, cum reliqua non nisi ratione habita ad ipsum dicantur. Et quoniam de ratione uerbi est agere aut pati, actio uero & passio non sunt nisi in tempore pręsenti, in aliis uero secundum quid, quia uidelicet fuerunt aut erunt, iure principaliter uerbum præsens uerbum dictum est, alia uero per inflexionem casus uerbi.

Ex his colligit Ammonius completam definitionem uerbi & res patet.

Intentio Auerr. Animaduerte ꝙ de intentione Auerr. in hac paraphrase solitus dicere hanc esse secundam uerbi diuisionem, ꝙ uerborum quædam sunt recta, quædam obliqua, & utraq; sunt uerba, uerbũ rectum principaliter, & per quandã excellentiã dicitur uerbum, reliqua dicuntur uerba inflexa siue obliqua, nec ualet, sunt uerba obliqua, igitur uerba.

Dubĩones. Circa hunc locum consueui quærere, an diuisiones hæ ipsius uerbi sint generis in species. 1. Secundo, utrum obliqua sint principalius uerba quàm recta. 2.

1. Solutio Ad primam nonnulli uoluere diuisiones illas uerbi esse analogi in analogata. Est.n. uerbum analogum quoddã ad recta, obliquaque, & ad finita, atque infinita. Nam uerbum principaliter de recto & finito dicitur per attributionem.

Cõfutatio Ad hęc dicitur de aliis, sed hoc stare non potest, quia, ut ait Alexander Aphrodisius, esse analogum per species debet describit, modo uerbum non per illa Aristoteles descripsit.

Positio Auer. Auerrois autem uidetur uelle has diuisiones esse generis in species. Sed nec hoc mihi placet, quia omnis differentia specifica est per formas, modo finitudo, infinitudo, rectitudo, atque inflexio sunt accidentia uerbo. *Positio propria.* Propter hæc mihi uidetur, ꝙ diuisiones hæ sint subiecti in accidentia, uerũ potest diuidi subiectum in accidentia dupliciter. Vno modo seruata identitate illius, ut Socratis diuisice erit, quia nunc dormit, nunc disputat, nunc legit, & id genus. & hac diuidendi ratione uerbum ipsum est diuisum in rectum & obliquum, nam ut tempus est idem numero differens accidente à præterito & futuro, ita uerbum est unum numero quod est præsens, præteritum, & futurum.

Alio modo non seruatur subiecti identitas, ut quando diuiditur animal per nigrum ut coruus, & per album ut cygnus, & id genus, & hac diuidendi forma uerbum ipsum sectum est per finitum & infinitum. non.n. idem numero potest esse utrunque. Tu uero super hæc considera.

Solutio. Ad secundam dicere soliti sumus uerba obliqua esse ignobiliora, quoniam cadunt, nec sunt talia, nisi quatenus cir-

cunt præsens. Sed dices obliqua complectuntur præsens per Boetium qui transtulit, & addunt aliquid, igitur sunt præstantiora dici potest uerbum (ut dicit Aristoteles) principaliter intelligi de præsente.

Tunc ad argumentum dico, ꝙ includunt illud secundũ quid & respectiue, nõ autem simpliciter ut uerba ipsa recta.

Ipsa igitur uerba per se quidem dicta & nomina sunt, & aliquid significant: nam proferens illa cogitationem sistit, audiens quoque quiescit. Sed si est aut non est nondum significat: quando non sit signum rei esse aut non esse, neque si ipsum esse seiunctum dices: nam ipsum quidem nihil est, sed consignificat quandam compositionem, quæ sine compositis intelligi nequit.

Com. 17. Expositio Ammonii. Ammonius exponit Aristotelem uelle declarare quonã modo uerba ipsa se habeant ad significandum uerum uel falsum. Si dices contra eum Aristotelem rem hanc attigisse in procemio huius libri, igitur non erat repetendum.

Respondet Aristotelẽ hoc egisse generatim de omnibus simplicibus, nunc speciatim de uerbis ipsis rem amplectitur. Amplius tunc rem hanc raptim tetigit, nunc longa oratione perficiet. Huius forte expositionis causa est, quia uerba ipsa uidentur maxime conuenire cum oratione, & sic uidentur significare uerum uel falsum.

Cõfutatio Exposit. Hæc expositio non placet, quia res hæc patebit in definitione orationis & enuntiationis, igitur non est toties repetendum. Amplius hæc expositio literæ non consonat ut uidetur. Propterea expositor uult cum Boetio Aristotelem tradere hic uerbi cum nomine ipso conuenientiam & differentiam.

2. expositio. Confutatio. Nec hæc expositio placet, quando per definitiones eorũ res hæc patet satis. Propterea uidetur mihi, quod litera sit illatiua, & sic uidetur ex dictis concludere duũ, & quod uerba secundum se & per se dicta sint nomina, & quod significant aliquid. Sed ambiges, nullum disparatum prædicatur de disparato, nec per se, nec cum alio, sed uerbum & nomen sunt disparata, igitur non prædicatur nomen de uerbo.

Dubitatio

Responsio. Respondent Thomas & Ammonius nomen hic accipi, ut communiter significat quamlibet dictionem impositam ad significandam aliquam rem, & cum ipsum agere uel pati est aliqua res, igitur uerbum ut sic dicitur nomen.

Cõfutatio. Sed hæc responsio mihi non placet, pace illorum dixerim. primo, quia tunc aliter acciperetur nomen hic, & aliter dum ipsum definierat, & sic in tam breuibus ęquiuocatione usus esset.

Responsio propria. Secundo, si nomen hic acciperetur pro dictione significante rem, tunc uerba tam per se quàm cum alio sumpta essent nomina, quando utroque modo rem significent. Boetius cui Auerrois consentire uidetur, uult uerba secundum se sumpta dici nomina secundum similitudinem, sed quando accipiuntur cum extremis, tunc nominibus non assimilantur.

Confutatio. Hæc expositio non placet, quoniam dictum Aristotelis est absolutum & non similitudinarium.

Responsio peripath. Animaduertendum igitur quod Aristoteles loquitur de uerbis, ut deriuantur à nominibus, & tunc uult ꝙ uerbum & nomen sibi correspondens sint idem quo ad significatum per se & principale, ut ualet idem quod ualitudo, currit idem quod cursus. Cursus enim & currit idem principaliter significant, ut album & albedo sed differunt quantum ad consignificatum, nam uerbum cum ponitur inter extrema ultra principale significatum consignificat compositionem quandam, quæ sine extremis intelligi nequit. Nomen uero illi correspondens significat tantum rem absque illo, ideo inquit. Ipsa igitur uerba per se quidem dicta atque prolata & non inter extrema constituta & nomina sunt, & significãt aliquid. Hæc res sequitur ex definitionibus nominis & uerbi, ut patet.

Quantum ad uerba græca. Quantum ad uerba græca attinet, dixit per se dicta, hoc est, non inter extrema constituta, quia uerbum habet significatum principale, & hoc habet ut per se dictum, & ut sic nomen est, habet consignificatum, quatenus inter extrema ponitur, ideo ait per se dicta, cum enim per se dicitur aut profertur. cadit à consignificato, quod sibi competit, per hoc quod stat inter extrema. Igitur sibi tantum remanet principale significatum, & cũ illudmet sit ipsius nominis, uerba igitur per se dicta erunt nomina. Et hanc expositionem pauci, imo nullus ante me percepit. Adiecit autem, & nomina sunt & significant aliquid, nam omnis dictio etiã non significatiua dici potest nomen communissime acceptum, ad denotandum, ꝙ uult intelligere de nomine proprie dicto adiecit, & sunt nomina, & significant aliquid. Et ita uerbum illud græce, &, non expositiue tenetur, ut Ammonius credit.

Syllogis. Hanc conclusionem syllogizat Aristoteles, sistens cogitationem & quietans audientem, est nomen & significat aliquid, uerbum per se dictum sistit cogitationem & quietat audientem. igitur nomen, & per se aliquid significat. tangit minorem, & inquit, nam proferens illa sic seorsum dicta cogitationem sistit, audiens quoque eadem illi proferenti acquiescit.

Quantum ad uerba græ. Quantum uero ad uerba græca attinet, uerbum illud græcum ἐλέγων transtuli proferens, quia dicere sumit pro proferre.

Estq́ etiam sermo suus clarior, propterea suppleui illud uerbum illa, quia de uerbis loquitur.

Verbum ἵστησι transtuli sistit & non constituit, quoniam constituere conuenit partibus respectu alicuius totius. Lateres enim cõstituunt domum. modo nec uerba sic dicta sunt partes nec cogitatio totum.

Verbum διάνοιαν cogitationem transtuli, & non intellectum. nam intellectus est solum intelligibilium, διάνοια etiam sensibilium, est enim διάνοια intellectus cum imaginatione coniunctus. ut dicit Themistius in libro de memoria & reminiscentia.

Obiectio. Sed contra hæc obiiciet iunior, quia si proferens uerba secundum se dicta sistit διάνοιαν, tunc uerba significarent esse uel non esse. hoc est affirmationem uel negationem. Respondet Arist. ꝙ ille qui dicit uerbum sistit intellectum quo ad operationem, quæ est simplicium intelligentia. hac enim ratione quiescit audiens, non autem sistit ad διάνοιαν siue cogitationem quo ad secundam, quæ est esse uel non esse intelligere. Inquit.

Sed si est aut non est, subaudi tu proferens uerba per se, nondum significat, & per consequens sistit intellectum quo ad primam operationem, & non quo ad secundam, quæ est intelligere esse uel non esse. Quod autem Aristoteles hic soluat tacitam hanc dubitationem particula illa aduersatiua. {Sed denotat, quæ est obiectioni aduersãns.

Probatio. Responsionem hanc probat, & inquit. quoniam subaudi tu prolatum illud sic per se non est signum rei esse uel non esse, hoc est non significat rem esse uel non esse, sed rem tantum {neque si} Hæc pars multipliciter exponitur.

Multipl. expositio. Expositio Ammo. Ammonius exponit, quod utatur ratione à maiori, quoniam si aliquod uerbum significet uerum uel falsum esset ipsum uerbum esse, sed hoc non est, quando seiunctum dictum nihil sit sed solum cum inter extrema collocatur, ubi tunc consignificat compositionem quandam, quæ sine compositis intelligi nequit.

2. expõ. Sed quia in græco scribitur τὸ ὄν, quod latine sonat ens. Ideo Alexander aliter exponit, ens nihil significat. Igitur nec ipsum uerbum est quod ab eo deriuatur, antecedens probat per hoc, quia est æquiuocum decem prędicamentis.

Cõfuta. per Tho. Refutat hanc expositionem Thomas, tum primo, quia ens non æquiuocum est, sed analogũ cum prædicetur secundum prius & posterius. tum etiam, quia dictio æquiuoca non nihil significat, sed multa, & quãdoque hoc, & quandoque illud. tum etiam quia hæc expositio non multum facit ad intentionem præsentem.

3. expõ Tho. Tertia exponitur ut Aristoteles arguat de omni uerbo, nam omne uerbum includit esse, ut currere, cursum esse, & id genus. Sed ipsum esse pure dictum nihil est, igitur omne uerbum pure dictum nihil erit.

Sed hæc expositio, quam approbat expositor, mihi non placet, tunc enim concluderem quòd alia uerba nihil essent. nam omnia illa concludunt ipsum esse quod nihil est. Tum secundo, quod Aristoteles exiuit ab illo proposito, & ad aliud se transtulit, cui hæc oppositio non consonat.

Expositio Ammo. Propterea Ammonius exponit ipsum uerbum esse, nihil esse, quia non significat uerum uel falsum. Sed consignificat quandam compositionem, quæ sine extremis intelligi nequit.

Obiectio Tho. Obiiciet huic Thomas, quod hoc est commune omnibus nominibus & uerbis. Igitur non uadit ad intentionem Aristotelis, qui assumpsit ipsum esse quasi quoddam speciale. Hoc nihil est contra Ammonium, quia licet Aristoteles speciatim accepit ipsum esse,

Illud generatim includitur in omnibus, ideo potest amplia ri ad omnia: nec rationes contra Alexandrum valent. Prima, non: quia ens esse analogum sumpsit, sed non probat. Secũda minime valet: hoc significat multa, igitur significat aliquid: sed bene aliqua. vnde hæc stant simul. ens significat multa, & ens nihil significat. Sed vt cunque sit, expositiones hæ expositoris sunt ambiguæ: & per illas difficile est intelligere quod Aristoteles velit. Ideo aliter & Porphyrio consentaneé expono: dixerat enim Aristoteles verum sistere cogitationem quo ad primam operationem intellectus, nõ autẽ quo ad secundã. quoniam nullum verbũ significat rẽ esse vel non esse, quod est in operatione secunda intellectus.

Expositio propria.

Contra obiicies: nam ipsum verbum esse, videtur significare rem esse vel non esse. Igitur responsio illa falsa. videtur igitur mihi quòd Aristoteles respondeat huic obiectioni. Vbi diligenter animaduertendum, ꝙ ipsum verbum sum, es, ést, potest capi purè atq; nudè penitus ab omni significatione: & sic dicitur syncathegorema à logicis: quia vt omnis, nullus, & id genus nihil significant sed sunt syncathegoremata, & termini habentes officium: sic verbum sum, es, est, cũ purè acipitur, vt etiam non coincidit cum suo participio: Est terminus habens officium atq; syncathegorẽma. ideo inquit neq; si ipsum esse seiũctum dices & à nomine & à participio subaudi significat esse vel non esse: nam ipsum quidem vt sic nihil est significatiue. Sed consignificatiue. ideo subdit, Sed consignificat quandam compositionem: quæ sine extremis compositis intelligi nequit: igitur est syncathegorema & nõ terminus per se significatiuus. Ex hoc soluitur dubitatio & colligitur, ꝙ verbum adiectiuum differt à nomine penes cõsignificatum & non penes significatum: cũ enim omne verbum adiectiuum includat esse: ideo includit cõsignificando compositionem illam. Ex his colligitur, ꝙ verba ipsa secundum se dicta nomina sunt, quia nihil significant prẹter nomina è quibus deriuantur: vt vero inter extrema collocantur consignificant ipsum esse, & ita compositionem extremorum, & sic non sunt nomina, quo modo exponendo non accidunt tot confusiones. Et hæc expositio fortasse est Porphyrii, & si non sua, est nostra. Quod vero ad græca verba attinet, ipsum τὸ ὂν, pro esse accepit: non vt Alexãder exponit pro participio: quia sic esset terminus per se significatiuus vt iste terminus existens, quod est contra intẽtionem literæ: adiecit ipsum nihil esse cathegorematice: quia nihil per se significat, cum sit terminus habens officium. ideo subdit, sed consignificat: tanquàm syncathegorema & terminus habens officium. Hæc est expositio clara, vt mihi videtur, & ad mentẽ Aristotelis. Et de verbo satis.

DE ORATIONE.



RATIO *uero est uox significatiua: cuius partium aliqua separata significatiua est ut dictio, sed non ut affirmatio, ueluti homo significat quidem aliquid: non autem quoniam sit aut non sit, sed erit affirmatio aut negatio si quicquam sibi addideris. una uero hominis syllaba nullatenus significat. non enim* † *in hac dictione sorex rex significat, sed tantum nunc uox est: in compositis uero significat aliquid sed ut diximus non pro se.*

† ἐν τῷ μῦς τοὺς

Com. 18. Illud (vt diximus) quod principaliter hic perquiritur, est enuntiatio, huius partes & materia nomen videlicet & uerbum declaratæ sunt. pars uero ut forma quæ est oratio, nũc declaratur. cur uero (vt Ammonius dubitat) non eo ordine rem assecutus est quo in procemio pollicebatur dictum est.

Nota. Animaduertendum igitur, quod nomini & verbo & orationi communia sunt, vox, significare & nõ per naturam, sed ad placitum: vtrum vero cæteræ particulæ, vt sine tempore vel cum tempore, an recte & determinate, siue aoristice, iam ex dictis patet. differt autem oratio ab vtroq; quoniam illius pars significatiua est vt dictio, nominis vero & verbi non nisi per accidens (vt diximus) in definitione præteriit an à natura sit oratio ipsa significatiua an ad placitum, quia de hoc erit postea disputatio.

Apponit autem illa duo vt quod sit vox & significatiua ut habeat genus proximum. adiecit cuius pars significat ut dictio & non ut affirmatio, ut habeat differentiam. qua differt è nomine & uerbo. Sed ad intellectum huius definitionis dubitemus de singulis. Et primo utrum oratio sit uox, & uidetur quòd non: oratio non est una uox: igitur non est uox. Antecedens arguitur: oratio est multæ uoces, multæ uoces non sunt uox: igitur oratio non est una uox.

1. dubitat.

Respondent sorticolæ concedendo, quod oratio est multæ uoces, & ulterius quod plures siue multæ uoces sunt uox siue una sola uox, queadmodum plures homines sunt unus solus homo: & quod ita sit probant, quoniã hæc uox est una sola uox, & illa uox ẽ una sola uox, igitur hæc uox & illa uox sunt una sola uox. sed hæc uox & illa uox sunt plures uoces igitur plures uoces sunt una sola uox & sic cõcedunt plures uoces esse unam solam uocem diuisiue, ut dictum est.

Responsio sorticolarum.

Sed dices cõtra hos: quia si plures uoces sunt una sola uox: igitur per conuersionem in parte una sola uox esset plures uoces. Amplius plures uoces non sunt hæc una sola uox, nec illa una sola uox. Igitur nulla una sola uox & per consequens plures uoces non sunt una sola uox.

Replica

Respondent sorticolæ & defendunt partem suam quòd prædicatum illius propositionis. plures uoces sunt una sola uox, confunditur propter uim copulationis, quæ includitur in uerbo illo plures. Resoluitur enim plures sic & illa ut diximus. modo nota copulationis habet uim confundendi: & ita negant conuersionem, quia uariatur suppositio. In prima illa particula uox supponit confuse. In secunda determinate. & si dicatur quomodo conuertitur, quære ipsos, quia est extra propositum.

Defensio.

Ad secundam dicunt, ꝙ plures uoces nulla una sola uox sunt: quoniam nec illa nec hæc, cum quo tamẽ stat ꝙ plures uoces sint una sola uox: quoniam in hac iste terminus uox stat confuse tantum, in illa determinate aut discrete: propter quod hæ non contradicunt. plures uoces sunt una sola uox. & plures uoces nulla una sola uox sunt: cum termini non eodem modo supponant.

Quanquam hæc sint acute dicta, & non possunt improbari: scias non esse peripatetice dicta, nec necessaria, nec in talibus captiunculis debemus detineri.

Qualis responsio sorticol.

Multi enim ut logicam seruent ad unguem, amittunt philosophiam: & mora in his impedit hominem scire ueritatem.

Peripatetici igitur dicerent, ꝙ oratio est una uox unitate uerbi. & sic potest dici plures uoces simplices. una uero composita ex illis propter unitatem uerbi. Aliqui dubitant secundo, cur dixit in neutro genere, cuius partium aliquid significant separatim, & non dixit cuius pars aliqua significat separata. Hæc dubitatio procedit ex ignorantia grecorum uerborum. In græca enim lingua pars quæ græce μέρος dicitur, neutri est generis: ideo ad nos debet uenire, cuius partiũ aliqua separata significat: & ita ponderatio expositoris friuola est, ut multæ aliæ. Tertio dubitat Aspasius contra illam particulam ut dictio. quoniam alicui cõpetit definitum, cui nõ competit definitio. Nam hypothetica est oratio: & tamẽ partes eius significant ut orationes. Respondet Porphyrius hic esse definitam solam orationem simplicem, eo quòd prior in omnibus reperitur: cui responsioni etiam Aspasium consentire ferunt.

Responsio peripate.

2. dubitatio.

Cõfutatio

3. dubitatio.

1. Responsio.

Obiicit huic (vt mihi uidetur) Boetius: quoniam definitũ non debet esse in plus quam definitio. Igitur cum oratio sit communis simplici & compositæ: definitio etiam debet esse communis. Sed hæc ratio non cogit. dicerent enim ꝙ licet ratio quatenus oratio sit communis simplici & compositæ: tamen quatenus hic describitur non conuenit nisi simplici per se: quia contracte & non communiter hic describitur.

Obiectio.

Defensio.

Melius igitur contradico eis, quia Aristoteles postea diuidet orationem in enuntiatiuam & non enũtiatiuam: & enũtiatiuam rursus diuidet per simplicem & compositam: & nullibi iam ipsam compositam definit alia definitione: igitur uult eam hic esse definitam.

Alia cõtra dictio. Prima rõ.

Secundo oratio competit uniuoce simplici & compositæ. igitur debet dari una definitio communis uniuoca & nullibi dedit illam: igitur esset mancus. Alexander uero & Ammonius respondent, quod hæc deffinitio est communis omnibus ut ipsum definitum: nam etiam oratio composita habet partes quæ significant, ut dictio. Huic opponunt alii ut Philoponus & Syrianus, quia Aristoteles ait ut dictio, &

Secunda.

Respõsio.

Obiectio.

non ut affirmatio.modo oratio composita habet partes quę significant ut affirmatio:& ita male adiecisset, & non ut affirmatio. *Defensio.* Alii soluunt, quod dictum philosophi debet intelligi supplendo sic,ut dictio necessario & non necessario ut affirmatio.& sic competit omnibus.

Respōsio propria. Ego tamen pace tantarū dixerim quod Aristoteles dixit ut dictio,quoniam licet partes orationis compositæ sint orationes,tamen non ut orationes, sed ut dictiones significant separatæ.& hoc satis. *4.dubitat.* Dubitant quarto, cur adiecit ut dictio, & non ut affirmatio, satis enim fuisset dicere ut dictio: nunquam enim dictio est affirmatio.

1. Responsio. Respondent quidam,quia Aristoteles solitus est nonnunquam dictionē pro affirmatione accipere:ne igitur usus impediat,suppleuit & non ut affirmatio:& signanter ait.&non ut affirmatio:quia negatio addit ad affirmationem:propterea si non ut affirmatio, satis habetur etiam quod nec ut negatio. *Qualis respōsio hæc* Hæc respōsio sic dicta,si est alicuius expositoris græci,taceo: quoniam ipsi uerba Aristotelis melius intelligunt: & uerecundum expugnare contra græcos de uerbis græcis.

Hoc tamen non tacebo,quod ubique Aristoteles dum dictionem uocat,græce eam φάσιν uocat. affirmationem uero κατάφασιν.Sin aliter non memini me legisse:non tamen nego κατάφασιν componi ex κατὰ & φάσις. *Responsio propria:* Ideo dico ꝙ suppleuit non ut affirmatio,ad denotandum partes orationis (vt dixi)posse significare ut affirmatio,sed Aristoteles uult non sic intelligere,sed quatenus habent uim dictionis.

Hoc enim suppleuit propter orationes compositas, cuius partes sunt affirmationes,sed non ut affirmationes, sed ut dictiones significant. *5. dubitatio.* Vltimo quærit Phyloponus:utrum hæc definitio competat solum orationi perfectæ? *Responsio* Respondet,ꝙ soli perfectæ hæc competit:quoniam partes non dicūtur nisi relatione ad totum, totum autem & perfectum idē: & cum oratio hic definiatur in relatione ad partes, uidetur rationabiliter hic definiri ut perfecta. *Obiectio Primæ.* Sed contra obiicit Boetius primo, quia omne compositum habet partes: cum autem tam perfecta quàm imperfecta habeat partes,rationabiliter quælibet erit totum & perfectum. *Secunda* Secundo, tunc partes orationis & cuiusque compositi non essent partes nisi in fine compositionis: quia tunc solum compositum dicitur esse compositum. *Defensio.* Mihi uidetur ꝙ rationes hæ non militētur:quia non dicit aliquid compositum, nisi propter formā & materiam,cum orationi imperfectæ desit aut forma, aut materia:aliter esset perfecta,rationabiliter non dicitur compositum nec totum.Tunc ad rationes dico,ꝙ oratio imperfecta non est totum, quoniam uel caret uerbo simpliciter uel uerbo principali:& p cōsequens caret forma,& sic nec est cōpositum nec totum,sed quædam uocum multitudo.

Ad secundum,dico ꝙ partes non sunt partes nisi postquā est ipsum totum.ante enim dicuntur partes in potentia:nisi igitur intellectus actu componat subiectum & prædicatum cum uerbo,non erit actu totum, & sic nec actu partes: & sic concedo id ad quod deducit. *Melior cōfutatio.* Melius igitur contra illos potest obiici,quoniam statim orationem hic definitam subdiuidit per perfectam & imperfectam:quam rem incongrue egisset,nisi utriq; hāc definitionem esse communem uoluisset. *Definitio* Collige igitur definitionem. oratio uero est uox significatiua,cuius partium aliqua significatiua est separata,ut dictio & non ut affirmatio,hoc est significatione simplici non compositiua aut diuisiua: *Declaratio particular.* quoniam autem aliquid significare ut pars potest esse dupliciter,aut pars composita,ut in hypotethica:aut ut syllaba,ut in uoce cōposita, ideo duo facit.

Primo declarat,quod pars orationis significat nō ut pars composita,uidelicet non ut affirmatio uel negatio.

Secundo,ꝙ nec ut syllaba.De primo inquit, ueluti homo significat quidem aliquid:non autem significat quod est aut non est,sed erit affirmatio aut negatio si sibi quicquam addideris,hoc est uerbum solum.

Et sic per exemplum patet prima pars:deinde declarat secundam,& inquit. una uero hominis syllaba nullatenus significat,quod probat per exemplum & locum à maiori,&inquit.Non enim in hac dictione sorex,rex significat,sed tantum uox est sola,non habens uim significandi.

Contra tu dices:quia in compositis ut in hoc nomine hircocerus,significat pars.

Respondet in compositis nominibus significat aliquid ipsa pars seorsum sed (vt diximus) non pro se ad intellectum totius,cuius erat pars. Sic igitur patet,ꝙ pars orationis nec significat ut pars composita,nec ut syllaba, igitur significat vt dictio. Oratio igitur est uox significatiua,cuius partium propinquarum aliqua est significatiua separata per se quidē ut dictione non autem semper ut affirmatio uel negatio.

Est autem oratio omnis significatiua quidem: non tamen ut instrumentum:sed quemadmodum dictum est,secundum institutionem.

Syllogicabat Plato in eo libro,qui Cratilus inscribitur orationem esse natura,&non institutione sic.oratio est instrumentum uirtutis interpretatiuæ naturaliter nobis existentis. *Com.19* Per ipsam enim significamus animæ affectiones ceu per instrumentum: omne autem instrumentum uirtutis naturalis est natura,ueluti uirtutis uisiuæ oculi, auditiuæ aures, & id genus.igitur oratio natura,sed non institutione est.hic erat Platonis syllogismus. *Platonis ratio.* Huic respondet Aristoteles & consentit maiori,negat tamen minorem.nam uirtutis interpretatiuæ primum instrumentum & proprium est pulmo, guttur,dentes,lingua,& id genus:quę naturalia sunt.oratio uero est effectus illius uirtutis mediantibus illis instrumentis.& ita minor falsa est.inquit. *Arist.expositio* Est autem oratio omnis significatiua quidem:non tamen ut instrumentum,sed(quemadmodum dictum est)secūdum institutionem: & ita Platonis minor falsa est.

Quantum uero ad uerba græca attinet ὄργανον uult Boetius esse positum pro natura:quia (vt dictum est) Plato omnium artium instrumenta secundum naturam ipsarum artium cōsistere ponebat:& ita erit sensus,ꝙ oratio significat, non ut instrumentum hoc est natura, sed (ut dictum est in capitulo de nomine)κατὰ συνθήκην hoc est, secundum institutionem,siue placitum,siue fœdus,siue pactum. *uerborum* Melius autem Aristoteles ὄργανον non pro natura posuit, sed pro instrumento:quia per hoc (vt Ammonius,& Alexander aiūt) Aristoteles minorem Platonis negare intendit. *Dubitationes contr: solutionē.* Sed adhuc solutio Aristotelis non uidetur tuta:Platonici quidam Hermippus & Numenius obiiciunt: nam idem uidetur de effectu. *Prima rō.* Oratio enim effectus est uirtutis naturalis per instrumenta naturalia & omnis effectus uirtutis naturalis per instrumenta naturalia est natura, non institutione: igitur oratio ipsa natura erit. *2.ratio.* Secundo, oratio est instrumentum intellectus,qui est uirtutis naturalis: nam intellectus oratio significat.Syllogismo,qui oratio est,ratiotinatur:definitione,quę rursus oratio est,definit.Sed ut supra,omne uirtutis naturalis instrumentum est natura, igitur oratio natura erit, non autem institutione. *Solutio Ammonii.* Ad hæc Ammonius solutionem innuit,ꝙ quemadmodum in tripudio motus ipse à natura est modificatio illius(vt ita dicam)ab institutione artificio: ita in oratione,uoces siue soni natura sunt: modificationes uero institutione:& ita quatenus uoces siue soni orationes natura sunt:quatenus tales uoces institutione formantur.

Tunc ad rationem primam,maior falsa ē:potest enim aliquis esse effectus uirtutis naturalis per instrumenta naturalia,ut tripudium & esse institutione. Ad secundum ait Ammonius,ꝙ intellectus non est natura: quoniam nullius corporis actus est,sed quasi supra naturam: & sic nihil prohibet uirtutis supra naturam esse effectum institutione. *Cōfutatio* Sed hæc responsio stare non potest. quia saltem intellectus est uirtus naturalis:distinguendo naturale contra artem. Igitur effectus suus debet esse naturalis,ut distinguitur cōtra artem. *Solutio propria.* Propterea dicendum,ꝙ artificialium principium immediatum est uoluntas:Hæc enim est immediata causa institutionum:& propterea quanquā concurrant intellectus & naturalia instrumenta uirtutis interpretatiuæ: quia tamē omnia subiacent uoluntati,ideo institutione sunt & non natura:& hoc nesciuit explicare Ammonius, licet forte hoc uoluerit balbutire.

Ratio Alexandri Alexander Aphrodisius enititur probare orationem esse institutione:quia cuius quælibet pars est institutione,totum institutione est. Sed orationis partes, ut nomen & uerbum institutione sunt: igitur tota oratio. *Cōfutatio* Hæc ratio pace sua petere uidetur quia Plato &Socrates in libro Cratili uoluere etiam nomina & uerba naturaliter significare. Amplius similis quæstio est de nomine & uerbo, quando ipsa sint effectus uirtutis naturalis per instrumenta naturalia.

Ideo

Ideo melius à signo idem probari potest: quæ apud diuersos sunt diuersa institutione esse uidentur: id enim quod naturale est semper est uniforme: sed orationes apud diuersas linguas diuersæ spectantur, quanquã idem significet: igitur nõ natura, sed institutione sunt: & hæc est sua melior ratio.

Dubitationes recentio. Prima. Sed circa hæc recẽtiores ambigunt: utrum nomen quod significat aliquid si imponatur de nouo ad significandum aliud, remaneat idem nomen: uerbi causa. istud nomen homo significat Socratem & Platonem, utrum si ponatur ad significandum idem quòd equus, remanat idem nomen. *Secunda* Secũda dubitatio utrum oratio quę de nouo imponitur ad significandum aliud quam primo significabat: ut hæc oratio homo est animal, dato quòd significet deum esse, teneat uicem orationis uel dictionis. *Solutio. ad primã recẽtiorũ.* Ad primam respondent nonnulli recentiorum quòd nomen impositum de nouo aliter ad significãdũ quã significabat non est idẽ nomẽ: hoc probãt exẽplo. quia sicut ex uariatione formæ artificialis resultat alia atq; alia res artificialis: ita ex uariatione significationũ resultabũt alia atq; alia nomina. *Cõfutatio* Sed hęc positio stare nõ potest. primo quia ad uariationẽ eius quod deforis & ꝑ accidẽs accidit nihil debet uariari. sed nomen & uerbũ significãt ex uolũtate, ita ꝙ significatio deforis accidit nomini & uerbo: igitur nomẽ ꝑ illius uariationẽ nõ uariabit. Amplius si ad uariationẽ significationum uarientur nomina, ad cõueniẽtiã erunt eadẽ. igitur homo & ἄνθρωπος erũt unũ nomẽ, quod nemo dixit. Ideo dicẽdũ, ꝙ nullatenus uarietur nomen, licet uariatur significatio. cum illa sit accidẽs *Solutio propria.* ipsi nomini. potest tamen dici uariatum extrinsecè, quemadmodum columna fit dextra uel sinistra ipso animali uariato nec ualet ratio: significatio formalis uariatur, igitur nomẽ: quia illa est sibi extrinseca, sicut columnę dextreitas. *Prima rõ.* Ad rationem dico, ꝙ uariata forma artificialis intrinsece uariatur res artificialis modo non sic est in nominibus. *Ad secũdã.* Ad secundã, respondent iidem, ꝙ oratio de nouo imposita ad significandum nouum complexum uim habet dictionis. *Cõfutatio* Hoc absolute dictum est falsum: quia uolo ꝙ homo significat mihi equum, bouem, animal: & facio hanc propositionẽ homo est bos: patet ꝙ quælibet dictio & pars significat ut dictio igitur tota non significat ut dictio.

Solutio Amplius hæc oratio de nouo sic significans est oratio: igitur partes eius significant ut dictiones per definitionem datam. Propterea dico, ꝙ oratio potest imponi ad significãdũ aliquod complexum de nouo dupliciter. Vno modo, ponẽdo quod partes significent: ex quarum significatione resultet significatio totius, & hoc modo significat ut oratio, ut argumẽta cogũt alio modo ponẽdo, quòd oratio significet primo illud cõplexũ de nouo nihil departibus afferẽdo: hoc est non per hoc quod significatio eius resultet ex significatione noua partium. & hoc modo benedicunt, ꝙ significat ut dictio, quoniam sua significatio nõ resultat ex significatione partium, quo in casu non erit oratio, licet partes sint nomina: nec propositio, licet, significet cõplexũ, sed dictio erit tantum. de hac re supra disputatum est.

Ennuntiatiua uero non omnis: sed illa in qua uerum aut falsum est: non autem in omnibus est, ueluti deprecatiua. oratio quidẽ est, sed neq; uera neq; falsa. Cæteræ quidẽ igitur relinquãtur: nã ad oratoriã aut poesim illarũ magis cõsideratio attinet: enũtiatiua uero præsentis cõtẽplationis est.

Com.2. Diuisio enuntiationis, ut Boetius est autor, hac ratione fit sumpta oratione pro genere. orationum alia imperfecta, ut Plato in Lycio alia uero perfecta. Perfectæ uerò (si liceat bimembrem facere) alia enuntiatiua. alia non enuntiatiua quæq; diuisio: ideo per alterum membrum negatiuũ datur quoniã subdiuidẽtibus mẽbris genus cõmune nomẽ nõ habet. nõ enuntiatiuæ uero alia est deprecatiua, ut adsit lætitiæ Bacchus dator. Alia imperatiua, ut accipe daq; fidem. Alia interrogatiua, ut quò te Meri pedes, an quo uia ducit in urbem? Alia uocatiua, ut o qui rex hominumq; deumq; æternis regis imperiis. Enuntiatiua uero est, ut dies est, dies non est. Nõ enuntiatiuarum uero species expositor reducit ad tres. quoniã illæ quinque ordinatæ sunt, ut unus ex intellectu alterius dirigatur: quod quidem tribus fit modis. Primo ad attendendum mente: & ad hoc oratio deseruit uocatiua. Secundo ad respondendum uoce, & ad hoc facit interrogatiua. Tertio ad exequendum opere: quod etiã trifariã fit aut per expressionem desiderii: & ad hoc facit optatiua. uel respectu superioris: & ad hoc facit deprecatiua. aut respectu inferioris: & ad hoc facit imperatiua. Si quis autẽ uellet, posset reducere etiam has ad bimembrem, quę res cum non multũ conferat, sit hoc satis. Aristoteles itaque mirabili breuitate utens, ut Ammonius inquit. tria facit fere simul. orationem diuidit, enuntiatiuã definit. intentionẽ ad speciẽ astringit. Diuidens orationẽ ait. enuntiatiua uero non omnis. & sic innuit orationẽ aliã esse enuntiatiuã, aliã non enuntiatiuã. Deinde innuens definitionẽ inquit. Sed illa in qua uerũ uel falsum est. Est igitur enuntiatio oratio in qua uel uerũ uel falsum est. Vt uero clarior esset hæc definitio subscribit differentiã, qua differt à cæteris. Quæ in definitione posita est. & inquit, non autem in omnibus est uerũ, uidelicet uel falsum, ueluti deprecatiua oratio, & cæteræ id genus. oratio quidem est: sed neque uera, neque falsa. Deinde abiiciens à consideratione præsenti orationes non enũtiatiuas astringi intentionẽ in speciem. Nã hucusq; de partibus interpretationis, & de cõmuni ipsa oratione locutus est. & inquit. Cæteræ quidem igitur relinquantur. nam ad oratoriam siue rethoricam, aut ad poesim siue poeticã magis illarũ consideratio attinet. Enuntiatiua uero præsentis contemplationis est, quæ species est orationis potior: huius uero species sunt affirmatio & negatio. Hæc igitur sunt quę Aristoteles breuibus complexus est.

Quantum uero ad uerba contextus attinet, uerum & falsum in enũtiatione sunt in intellectu, atq; rebus. In rebus quidem ut in causa: quando ab eo quod res est uel non est, enũtiatio fit aut uera aut falsa. In intellectu uero, quia intellectus subiectũ omnium uerorum. & ita in intellectu sunt: uti in subiecto. In enuntiatione uero ipsa sunt ut in signo, ceu sanitas in urina. Sed superdictis emergunt dubitationes. Prima uidetur ꝙ Aristoteles malè definierit enuntiationum per uerum uel falsum: quoniam uerum uel falsum, aut sunt differentiæ, aut propria. Siquidem propria nõ erit bona definitio, si differentiæ, tunc constituunt species: & ita per suas species definisset. Secunda cur solum de enũtiatione est consideratio: logica enim est scientia communis. igitur de omnibus. Tertia de propositione tractatur in libro priorum, & in libro posteriorum. Igitur non hic de enuntiatione, cum idem sint. Ad primam respondet Ammonius, ꝙ enuntiationem signanter definit per uerum uel falsum, quia sunt fines eius, & definitio datur per finem multoties. Vel dici potest, quod sunt ut propria, quæ ponũtur loco differentiæ, quæ nobis latet etiam si sint differentiæ & constituunt species, genus definiri per species fieri potest, ut dicit Alexander: quando uel differentiæ latent, aut genus non sit penitus uniuocum.

Ad secundam respondet Theophrastus philosophus, quòd omnis oratio aut instituta ordinataq; est ad auscultationem auditionemq;: aut res ipsas. Si ad auscultationes atque auditiones, sic pertinet ad rhetorem atque poetam. ut Plato ostendit in Phædro, & Socrates Philebo. Si uero ad res: sic enuntiatio instituta est ad librum posteriorũ & ad scientiã: & ita erit propria huic considerationi.

Ad tertiam dici potest, ꝙ enuntiatio differt à propositione: quoniam propositio ordinatur ad syllogismum: & quatenus ordinatur ad syllogismũ dicitur propositio: quæ si ordinatur ad demostrationem, positio dicitur, si ad syllogismum dialecticum, propositio dialectica. si ad syllogismum sophisticum, propositio sophistica. sed si ad syllogismũ simpliciter. uocatur propositio absolutè. Enuntiatio uero dicitur, quatenus subordinatur intellectui per uoces exprimentis de rebus uerum falsumve. Et ita differunt, quia enuntiatio est extra mentem tantum in uoce aut scripto: propositio, extra & intra mentem. Enuntiatio etiam dici potest propositio, & conclusio, & problema in dialectico syllogismo: conclusio in demõstratione, itemq; dici potest quæstio & id genus: propositio non nisi præmissa. Hæc tamen latius explicabuntur in libro priorum & posteriorum.

Quærunt rursus sorticolæ, an eiusmodi propositiones, tonat, corruscat, lego, & id genus sunt enuntiationes. Secũdo an differat dicere, ego lego, ego Augustinus scribo: & licere, lego, scribo. Ad primam respondent nonnulli sorticolę,

ꝙ illiusmodi propositiones nec sunt orationes,nec enuntiationes: bene tamen sunt cōplexa quædā in uirtute. Mouentur aūt argumento.ꝙ illarū una pars utpote subiectum est in mēte,uidelicet,ego. Alia uero in uoce utpote prædicatū, Enuntiatio aūt & omnis oratio est penitus in uoce uel scripto:& ita eiusmodi esse non possunt orationes uel enuntiationes.Sed isti delirant penitus.Nā eiusmodi sunt in uoce aut

Cōfutatio. scripto,& in eis est uerū uel falsum, igitur enuntiationes. Hæc.n.fuit Aristotelis definitio. Nec cōtra eos aliter arguo: sunt.n.hæc de se derisibilia. Animaduerte igitur,ꝙ eiusmo

Responsio propria. di sunt enuntiationes: quoniā uerba sunt subiectū & prædicatū & copula. In ista dictione lego,aut ambulas,est subiectum ui primæ uel secundæ ꝑsonę uerbi:quæ sua natura illā importat,est prædicatū:quia resolui pōt in participium, est & copula propter idē:igitur absolute est enuntiatio. Ad rationē dico,ꝙ subiectū non est in mente ita ut nō sit in uoce:est.n.in mente fortasse explicite, in uoce uero implicite uti & prædicatū. Ad secundā respōdent nonnulli, ꝙ illiusmodi propositiones differunt:quoniā cū adduntur subiecta illis,quæ sunt pronomina & primę & secūdæ ꝑsonæ,denotatur affectio aliqua siue præcisio quædā.uerbi causa,cū dicitur:ego Augustinus scribo,denotatur ꝙ aut solus scribo, aut nullus ita bene scribit.Et tūc iuxta hāc regulā deducūt captiūculas.Prima, ego Augustinus scribo,igitur nullus alius scribit,aut nullus alius ita bene scribit.tenet captiuncula ꝑ regulā.Secunda nō ualet,ego Augustinus curro. igitur ego sum. Est.n.antecedēs uerū,ubi ego solus currerē:consequēs uero falsum,quia denotaret me solū esse.Tertia hęc est absolute falsa.ego sum,tu es,quia tūc nullus alius esset.ideo dixit Deus.ego sum qui sum:qm̄ alia à Deo uel nō sunt,uel nō ita bene.Bene tamen concedent has,sum,es,& id genus.

Sed isti propter captiunculas sæpe truduntur in pueriles fabulas.Hæc.n.risu digna satis sunt. Nam dum dico, ego sum,uel tu es,aut in his uolunt esse intelligenda subiecta, aut non.Si non igitur erit aliqua enuntiatio perfecta,& nō cū subiecto.Si uero uolunt esse subiecta intelligenda,sed intellectus pōt explicare uoce omne quod concipit,& nō aliter potest.quàm dicendo ego sum,uel tu es.igitur hæ æquiualent, sum,& ego sum,es,& tu es.Secundo,tunc hæc esset nugatoria,tantū deus est,tantū ego scribo,& id genus. Propterea uidetur mihi illiusmodi orōnes non differre quātū ad rē,sed solū quo ad usum rhetoricū atq; ornatū.quon.ad ueritatē idē est dicere:tu es,& es,ego scribo & scribo. Addūt tñ rhetores pronomina ipsa primæ & secūdę ꝑsonæ nōnūquā emphaticos,ueluti illud Maronis. Me ne incæpto desistere uictā?sub illo pronomine me,intellexit reginā deorū, & sororē,& Iouis coiugē. Similiter Cicero. Ego omni officio ac potius pietate erga te cæteris satisfacio.sub illo pronomine ego,se illū talē qui cū Lētulo familiarissime uixit:& qui tot beneficia ab eo acceperat intellexit. Addūt igitur rhetores eiusmodi ad amplitudinē licet,quo ad ꝓpositionū ueritatē,quā logicus cōsiderat,nulla sit differētia. Et hoc modo intelligendum est illud Prisciani grammatici. Hæc satis.

Est autē una prima oratio enuntiatiua,affirmatiua. Deinceps negacio. Cæteræ uero omnes coniunctione sunt una. Neceße est autem omnem orationem enuntiatiuam esse ex uerbo aut casu uerbi:quādo et hominis ratio nisi ipsum est, aut fuit,aut erit,aut tale aliquid adiiciatur nequaquā oratio enūtiatiua sit. Quāobrē unū quoddā sit et nō multa,animal gresibile bipes. Neque enim quia propinque dicuntur,una erit. Erit alterius hoc tractare negotij.

Com.12. Conueniūt expositores & græci & latini, quod definitā enuntiationē nunc diuidat Aristoteles & uolunt quod Aristoteles breuibus duas diuisiones enuntiationes explicet: quarum una est,ꝙ enuntiationum quædā est una simplex, quædā una coniunctione. Quam expositor eo approbat ꝙ, etiā in rebus aliquid est unum simplex,ut indiuisibile, aut continuū,alterū colligatione,aut compositione,aut ordine. Secunda uero,ut expositor ait,subdiuisio est enuntiationis unius in affirmationem,& negationem,unde recentiores uolunt diuisiones esse huiusmodi,enuntiationum quæ

Dubitatio Boetii. dā est cathegorica,quædam hypothetica. Cathegoricarum alia est affirmatiua,alia negatiua. Mouet Boetius dubitatio nē:utrū id quod ait,prima ad affirmationē referatur,ut sit posterior negatio.an id quod ait,prima,ad simplicē retulerit orationem,ut secunda sit quæ ex orationibus iungitur.

Hæc Boetii quęstio resoluitur in tres. Prima,utrū diuisio *Resolutio quæstionis* enuntiationis per unā & coniunctione unam sit prior diuisione per affirmationem & negationē. Secunda, utrū affirmatio sit prior negatione. Tertia utrū simplex sit prior cōiuncta. Respondet expositor,è quo acceperunt recētiores,ꝙ *Responsio ad.1.secundū exposit.* prima diuisio enuntiationis est per cathegorica siue unam simplicē,& hypotheticam siue coniunctione unam. Huius ratio ab expositore colligitur quia prima entis diuisio est ꝑ unum & multa. Igitur prima enuntiationis diuisio esse debet similiter. Alia uero diuisio est potius subdiuisio enuntiationis simplicis.

Sed pace horū dixerim,hoc stare non potest: quoniā etiā *Cōfutatio 1.error.* hypothetica siue coniunctione una est affirmatiua uel negatiua. Igitur non diuisio secunda siue subdiuisio alterius mēbri est illa,quæ fit per affirmationem & negationem.

Secundo errant recentiores quando uolunt hæc diuisio- *2.error.* nem esse per cathegoricam & hypotheticam: quoniā tūc sola con ditionalis esset cōiunctione una. Ammonius enim & Boetius uolunt hypotheticam non esse nisi duobus modis, aut conditionalem,aut disiunctiuam,quæ etiā species conditionalis est,ut dicemus. Vnde græce ὑπόθεσις conditio est. Igitur hypothetica,conditionalis est tantum.

Ideo dicendū ad primā,ꝙ hæ duæ diuisiones enuntiatio *Solutio propria Prima.* nis æquales conuertibiles cum ipsa sunt. Vt.n.ens diuiditur ꝑ unū & multa,& ꝑ actū,& potētiā,& id genus. Quoniā omne ens aut est unū,aut multa. Similiter omne ens aut actu, aut potētia. Sic omnis enūtiatio,aut una simplex aut cōiuncta. Et oīs etiā aut affirmatiua aut negatiua. Et ita æquales sunt diuisiones:eiusmodi,& non unā subdiuisionē alterius.

Dico secundo,ꝙ hæc diuisio per unā & coniunctionem *Secundum* unā,nō est diuisio per cathegoricam,& hypotheticā. Nō n. ut Boetius & Ammonius aiūt,cathegoricū opponitur hypothetico,sed coniūctione uni. Est aūt cōiūctio non uno modo,sed interdum copulatione interdū tēpore,interdū loco, & id genus. Hæ.n.sunt cōiūctione unæ quādo sol exhoritur dies est:quia cōiūgūtur cōiūctione tēporis. Hæ similiter.ubi tu disputas,Socrates iacet,& aliæ eiusmodi. Quæ tamē non sunt hypotheticæ. Recte igitur Aristoteles uerbo communiori utens dicit. Cæteræ uero omnes coinctiones sunt una,& nō dixit,cæteras omnes esse hypotheticas.

Ad secūdam respondet Ammonius,ꝙ affirmatio solum *Solutio ad secundam. Ammonii.* ex parte uocis est prior negatione,quia est simplicior. Nam negatiua enuntiatio affirmatiuæ addit particulam negatiuam. Expositor aūt adiecit duas alias rationes ꝙ affirmatio *Addditio expositoris* est prior ex parte intellectus quoniā affirmatiua significat compositionem intellectus.negatiua significat diuisionem: modo compositio est prior diuisione: cum non fit diuisio nisi compositorum. Secundo ex parte rei:quoniam affirmatio significat esse,negatio non esse. modo esse & utiliter habitus naturaliter prior est priuatione. Sed hæc additio nō *Cōfutatio additioni.* placet,Prima quidē non, quoniā à pari diuisio esset prior compositione,quoniā non est compositio nisi diuisorum. Amplius,ut dicit Ammonius,affirmatio,& negatio quo ad compositionem & unitatem nō differunt:quoniam utraq; est cōposita ex uerbo & nomine,licet illa dicatur diuisio rerū. Secūda uero minime,quoniā priuatio naturaliter præcedit habitū,ut dicitur in prædicamētis. Prius.n.Catulus cæcus est quàm uidens,& ita satis est responsio Ammonii,quā Boetius etiā approbat. Ad tertiū respondet Boetius,ꝙ enun *Sol.3.propria.* tiatio simplex est natura talis. At coniuncta non est una nisi positione & quasi ab extrinseco. Sed ꝙ est naturale prius est eo quod positione est tale:iure simplicem priorē oportet esse cōiūcta,quā respōsionē Ammonius sentit. Sed hæc *Cōfutatio* respōsio uidetur cōtradicere Aristoteli:quia si enūtiationis simplicis unitas est à natura:etiā ipsa erit à natura.eadē .n. rō est entis,& unius,ꝓpositionis & unius,ut dicit in elēchis.

Sed Aristoteles ait contra Platonem nullam orationem esse à natura,igitur uidetur hæc expositio contra Aristote *Responsio propria.* lem. Propterea dico,ꝙ uia intentiua quæ compositione agitur,simplex enūtiatio prior est. Via uero analytica,hoc est, resolutoria composita est prior simplici. Sed quoniam Aristoteles in isto libro est inuentiuus,iure simplicem. præponit. inquit igitur. Est autem una prima oratio enuntiati- *Lit.exposi-* ua

ua affirmatio.& respondens ad particulam prima subscribit deinceps negatio.quia ipsa negatio uoce posterior est. Ad particulam illam,una respondens ait: aliæ uero coniunctio ne sunt una,ut hypothetica,& id genus.

Dubitatio Alexãdri. 2. Ammonii. Sed adhuc est dubitatio Alexandri.uidelicet, utrum diuisio enũtiationis per affirmationem & negationem sit generis in species.Secunda est dubitatio Ammonii, utrũ hæc siue enuntiatio,siue propositio,sole existente super terram dies est,sit simplex,aut coniunctione una.

Resp. Alexandri. Respondet Alexander,ꝙ diuisio enuntiationis per affirmationem & negationem non esset generis in species:quoniam in genere non est ordo,in enuntiatione est ordo.

2. respõsio Respondet Ammonius & Boetius & expositor, ꝙ bene una potest esse altera prior cõparatione facta inter se,ut in numeris patet.Sed comparatione ad tertium utpote ad commune genus nullus est ordo, quoniam equaliter sunt orationes ueri uel falsi participes:quæ est definitio enuntiationis, & hæc responsio potest stare.Scias tamen ꝙ Boetius & Ammonius inter affirmationem & negationem nullum alium uolunt ordinem,nisi prolationis & uocum. Expositor alios affert,quos deiecimus.

Responsio ad 2. Ad secundam dici potest,ꝙ illa est coniunctione una: quoniam ablatiuus absolutus resoluitur per coniunctionẽ aliquam,ut dicunt grammatici.Hæc de diuisionibus colliguntur. Deinde ut Ammonius & Boetius introducunt, Expofit. 2 partis. 1. Aristoteles uolens disputare de affirmatione & negatione, quæ sunt species enuntiationis, pręmittit quoddã utile ad sermonem de illis.uidelicet, ꝙ omnis enuntiatio constat ex uerbo,uidelicet præsentis temporis,aut casu uerbi, ꝙ est præteriti aut futuri.Tacuit uerbum infinitum, ut ait Ammonius,tum quia principaliter de affirmatione loquetur, tum uel maxime, quia coordinatur cum negatiuo. habet enim cum eo eandem ferè uim.


1. dubitatio. Sed dubitat Ammonius,cur præteriit nomen. potest. n. imo constat enuntiatio ex nomine & recto,ut sol oritur:& Prima ratio. casu eius,ut me tedet scribere. Respondet primo hoc esse prætermissum:quia potest se enuntiatio,& non ex nomine uel casu nominis,ut scire tuum nihil est: ubi uerbum est subiectum. Nulla tamen enũtiatio esse potest sine uerbo aut uerbi casu.Hæc responsio non ualet quoniam uerba illa in Confutatio. enuntiatione nomina sunt. Propterea Porphyrius philosophus,quem Boetius etiam sequitur,uolui prætermisisse ipsum nomẽ:quia uerbum est principalior pars, cum sit pars formalis, quasi totius enuntiationis cõpletiua. Signum. Signum autem affert, quod tota oratio à prædicato quod est uerbum nomen nanciscitur.dicitur enim cathegorica hoc est Expositio propria. prædicatiua. Hæc est una expositio quæ stare potest. Mihi tamen uidetur ꝙ Aristoteles respondet quæstioni tacite. Dixit enim esse enuntiationum alteram simplicem alterã coniunctione unam. Ideo quis obiiciet,omnes enuntiatio constat ex uerbo,uerbum autem importat compositionem: quam sine extremis non est intelligere.Igitur omnis enũtiatio dicitur composita.Cui respondet,ꝙ omnis enuntiatio est composita ex nomine et uerbo.Sed dicitur simplex: quia non ex pluribus enuntiationibus constat.Veluti hęc, si sol exhoritur dies est,quæ pluribus constat orationibus. Et tunc continuetur litera sic,licet enuntiationum sit quędam simplex.Necesse est tamen omnem orationem enuntiatiuam esse ex uerbo aut casu uerbi. Igitur dicitur simplex simplicitate opposita compositioni ex pluribus enuntiationibus.& hæc est expositio rectior.Primo,quia illa particula aduersatiua{autem} poni non solet sic obiter, nisi Approba. expositio. ad obiectiones tacitas tollendas.Secundo,quia interpositio fuisset nimis casualis & non pertinens.Tacuit autem nomẽ, quoniam uerbum intelligi non potest absque extremis.

Probatio. Quod autẽ omnis enũtiatiua oratio ex uerbo cõstare debeat,probat per locum à maiori sic, quia si qua ratio esset enunciatiua sine uerbo,maxime esset difinitio. Modo inquit,quando & omnis ratio,nisi ipsum est aut fuit, aut erit, aut tale aliquid adiiciatur,nequaquam oratio enuntiatiua sit.Igitur enuntiatiua oratio ex uerbo constare debet. Sed quoniam de definitione locutus est:& quæstio de unitate eius est alterius negotii.ideo se excusat,interponit tamen cõfutationem cuiusdam falsæ responsionis. Dicebant enim quidam,ꝙ definitio est una, quia partes propinquius iacens,inquit. Quamobrem unum sit & non multa animal,gressibile,bipes.Interponit solutionem falsam , & inquit:neque enim quia propinque dicũtur, una erit.Tunc redit ad escusationem.quasi dicens quare unum sit definitio erit alterius hoc tractare negocii.Animaduersione dignũ, Notabile. ut declarat Boetius & Ammonius, ad unitatem definitionis esse necessariam partium propinquitatem: quia ubi partes longo interuallo concisè proferrentur, definitio nõ esset una. Ne igitur credatur hanc esse causam ueram, remouit illam,& transmisit nos ad septimam & octauam metaphysicæ. Et licet de unitate definitionis Aristoteles transmiserit nos ad metaphysicam. Dubitant expositores græci quæ est causa unitatis definitionis. Dubitatio. Responsio Theoph. Respondet Theophrastus in libro de affirmatione & negatione,ꝙ definitio est una ratione subiecti, ꝙ definit. Secundo propter partium proximam institutionem. Obiiciunt Confutatio aliquorum. contra Theophrastum, quia tunc definitio non esset una per se: quoniam esset una ratione subiecti, & ita ratione extrinseca. Secundo, quia tunc omnia accidentia essent unum essentialiter, quia sunt in uno subiecto. Ammonius affert duas causas. Prima est partium uicinitas. Responsio Ammonii Secunda uero est,quia in re est aliquid loco materiæ, aliquid loco formæ, & cum inter hæc nihil mediet, rationabiliter faciunt definitionem unam. Sed ambo possunt bene dicere: quia ut Auerroes ait in septimo metaphysicæ Cõcordia commento. 42. definitio uno modo potest sumi ut instrumentum,quo intellectus inducitur ad intelligendas essentias rerum ,& cum instrumentum sumat unitatem à fine. Finis autem est definiti essentia, iure ab unitate definiti definitio erit,una: E sic rectè Theophrastus ait altero uero modo sum potest, ut est ipsa rei essentia, quæ cum resultet ex ultima differentia siue ultima forma,quæ est ultimus actus: sic bene Ammonius ait: Sed hæc res non est hic tractanda, ut bene Aristoteles inquit. Dubitat etiam The- Dubitatio Themistii mistius primo posteriorum : quia uidetur ꝙ definitio sit enuntiatio: quia est species propositionis immediate, ut ait Aristoteles ibi, hic autem uult non esse enuntiationem. Hanc questione multi soluere enitantur: quos in primo posteriorum confutamus: nunc uero Philoponi expositionem afferimus,ꝙ definitio potest considerari ut præmissa: & sic est propositio & enuntiatio, ut Aristotele uult ibi. Alio modo ut terminus. & sic loquitur Aristoteles hic: quia ut sic non est enuntiatiua oratio, sed terminus ut dicit.

Est autem una oratio enuntiatiua: aut ea quæ unum significat. Aut ea quæ coniunctione est una. Plures uero esse quæ plura & non unum significant.Aut eæ quæ sine coniunctione sunt.

Com. 22. 1. Expositio. Cõfutatio

Expositores ferè omnes uolunt Aristotelem diuisionem præpositam nunc exponere:ꝙ(ut mihi uidetur)stare non potest. Addit enim nonnulla mẽbra quæ non prædiuisit. Ideo Aristoteles diuisionem enuntiationis rursus nunc alio modo orditur: quæ hac forma reducitur. Enuntiationum alia est una,alia plures. Vna bifariam dicitur, hæc quidem simpliciter,illa uero secundum quid ut dicemus.Plures rursus bifariam,eæ quidem plures: quia plura & non unum significant. Illæ pluers quia sine coniunctione multæ sunt. Huius secundę diuisionis prima pars primæ parti primæ diuisionis aduersatur: secunda uerò pars eiusdem secundæ illiusmodi. Ambigunt quæ diuisio sit 1. Dubitatio. responsio. hæc? Respondent & sane sapidè: quod est diuisio æqui uoci in significata, ut si homo diuideretur in uerum & marmoreum. Nam sola enuntiatio una est enuntiatio. 2. dubitat. Plures uero sunt una prolatione, & metaphorice. Secundo dubitant quid Aristoteles uelit per enuntiationem unam simpliciter.& unam secundum quid: quidque per plures simpliciter, & plures secundum quid. Ad hanc Responsio cõmunis. Boetius & Ammonius concorditer respondent: & uolunt ꝙ unitas & multitudo referuntur ad enuntiationis significantiam. Simplicitas uero & compositio ad uoces. Ex his fiunt sex coniugationes,quarum duæ sunt impossibiles, quatuor possibiles,ut figura declarat.



Et ita una simplex est, quæ est una simpliciter, ut homo est rationale. Est enim una quoad significantiam. Simplex uero quo ad uoces. una uero composita est, una secundum quid. ut si sol oritur dies ẽ. Socrates disputat, & Plato legit, & id genus. Hęc enim dicitur una secundum quid, quia cõiunctione una. Plures etiam bifariam sunt; plures compositæ contra primum membrum, ut quæ inconiunctæ sunt tales, ut Socrates legit, Plato disputat, Aristoteles mouetur. Sunt enim plures & compositę secundum uoces. Plures uero simplices, ut canis latrat. Est quidem plures significatu: uocibus uerò simplex. Simili modo hęc, Aiax pugnauit cũ Hectore: multi enim fuere Aiaces. Hæc opponitur quo ad secũdum membrum. Sed huic obiicit expositor. Primo, quia per disiunctionem quam interponit, uidetur distinguere inter orationem quæ significat unum, & quæ est una coniunctione. Secũdo, quia supra dixit quod est unũ quod dã, & non multa. animal gressibile bipes. quod vero est coniunctione unum, non est unum, & non multa, sed est unũ ex multis. Sed istæ rationes friuolæ sunt. Prima quidem quia nõ disiungit inter unã, & coniunctione unã, sed inter unã simplicẽ, quã subintellexit in primo mẽbro, & unã coniunctione. Ad secundã dico, ꝙ penes aliud accipitur unitas enuntiationis, & definitionis hic & ibi. Quoniam hic sumitur unitas à significatu, multitudo etiam ibi aliter, ut diximus. Tertio dubitant, omnis homo uel equus currit, ẽ una simplex, aut una composita. Similiter Plato Atheniensis sapiens academicus est in lycio, est una simplex, uel una composita. Similiter omnis homo si est bos mugit, & Socrates & Plato disputant, sunt ne unæ simplices? an unæ cõpositæ? Quicquid uelint Boetius, Porphyrius, Ammonius, & alii, dico ꝙ quælibet harũ est una simplex. Nã uerbũ est unũ à quo sumitur unitas enũtiandi. Prima quidẽ una de subiecto disiuncto. Secunda una de subiecto composito. Tertia una de subiecto cõditionato. Quarta uero una de subiecto copulato, & ita quælibet est una simplex. Quãtũ uerò ad uerba attinet. adiecit {& non unum} quasi dicat, propositio siue enũtiatio est una simplex, & plures. plures quæ significãt plura, & nõ unũ. Quoniã ut Ammo. inquit, sunt enuntiationes plures de aliquo uniuersali, ut aĩal gressibile, bipes est hõ. Potest. n. resolui hęc in plures: sed quia continentur sub animali, sunt una. Propterea ait, & non unum ꝑ tales enuntiationes. Aut dici potest, ut Porphy. philosophus ait, hoc esse dictũ ad differentiã enuntiationũ quæ sumunt definitionẽ pro subiecto aut pro prædicato. Nam uidentur multa significare, sed reuera unum significant.

Nomen quidem igitur aut uerbum dictio sit solum. Cum non contingat ut is qui uoce aliquid significet sic dicat ut enuntiet, siue interrogante aliquo siue non. Sed ipse profert.

Com. 23. Videtur ꝙ Aristoteles inferat, ut per particulam illatiuã designat. Videtur uero ꝙ dubitationem excludat, ut per seriem uerborum haberi potest. Est. n. dubitatio talis, quia dictum est enuntiationẽ esse unã ab unitate significatus. Sed nomen aut uerbũ unũ significat. Igitur enũtiatio una erit nomẽ unũ aut uerbũ unum. Soluit & uult, ꝙ is qui profert nomen aut uerbum unũ, unũ dicit: & is etiam qui profert enuntiationem unã, unũ dicit, sed non eodẽ mõ. Nam dicens nomen uel uerbum, dicit unum prolatiue, & nõ enũtiatiue. At is qui enuntiationem unã dicit, unũ dicit enuntiatiue, quatenus enuntiat unũ de uno, aut remouet unum ab uno & hoc inquit. nomen quidẽ igitur aut uerbũ dictio sit solum: cum non contingat ut is qui uoce aliquid significat, si dicat ut enuntiet. Sed contingit ut sic dicat ut proferat tãtum: adiecit siue interrogante aliquo siue non interrogante aliquo: quoniam qui aliquid nomine aut uerbo significat potest dicere ut enuntiet aliquo interrogante: ut si quis petat, quis hodie uenenum bibit. Et respõdeatur Socrates. Patet ꝙ is qui dixit Socrates, enuntiauit: & hoc quia præcessit interrogatio. Vbi autem nulla pręfuisset interrogatio, dicens Socrates tantum, non enuntiauit, sed protulit dumtaxat. Igitur enũtiatio differt à uerbo siue nomine: quoniam enuntiatio semper significat unum de duo enuntiatiue, siue præcedat, siue non præcedat interrogatio. At nomẽ uel uerbũ potest enuntiare unũ de uno solũ præcedente interrogatione. Propterea ait, cũ non cõtingat ut is qui uoce aliquid significat sic dicat ut enuntiet, siue interrogãte aliquo, siue nullo. Hoc est ut enũtiet in oĩ casu. nã nõ nisi ubi pręcessisset iterrogatio sed ipse ita dicit ut in oĩ casu proferat unũ. Et sic differt enuntiatio à uerbo & noĩe.

Harum uero hæc quidem est simplex enuntiatio: uelut quæ aliquid de aliquo, aut aliquid ab aliquo enuntiat. Illa uero ex his composita, ueluti ea oratio quædam quæ sane componitur.

Com. 24. Expositio Ammonii. Ammonius uult ut Aristoteles subdiuidat eas enuntiationes, quas dicimus aut interrogante aliquo, aut quãs uolumus dicere per nos ipsos. Cõfutatio. Sed hoc est repetere idẽ pluries, quod non conuenit Aristoteli. Expositio propria. Melius igitur diuisionis prædictę mẽbra exponit per exempla. & inquit. Harum uero hæc quidem est simplex enuntiatio. uelut per exempla ea quæ aliquid de aliquo, aut aliquid ab aliquo subaudi enuntiat. hoc est ut affirmatio, Socrates est academicus: aut negatio, ut Socrates non est timidus. Illa uero ẽ quæ ex his componitur: quod trifariam fit: ut Ammo. ait. Trifariã est composita. uidelicet aut ex ambabus: affirmationibus, aut ambabus negationibus: uel ex altera affirmatione, altera negatione. Cuius exemplum subdit. & inquit. ueluti ea oratio quædã quæ sane componitur supple ex duabus affirmationibus, ut Aiax pugnauit, & Vlisses furit. Ex duabus negationibus, ut Plato non est crudelis. & Socrates non est auarus. Aut ex una affirmatione, & altera negatione, ut Plato est in lycio: & Socrates non in academia. Et ita per exempla patet diuisio, & membra diuisionis.

Est autem simplex enuntiatio uox, quæ significat aliquid esse de aliquo, aut non esse. modo quo tempora distinguuntur.

Com. 25. Expositio Alexandri. Alexander Aphrodisius exponit Aristotelem nũc definire simplicem enuntiationem: quam ait definisse per species. Argumento quod enuntiatio non est genus illarum, sed ueluti æquiuocum quoddam. Confirmatio Aspas. Hæc Aspasius ratione hac confirmat: quia eo modo hic Aristoteles enuntiationẽ definit: quo primo priorum descripsit propositionem: sed illic sic propositionem descripsit propositio est oratio affirmatiua uel negatiua alicuius de aliquo, aut alicuius ab aliquo. Igitur & similiter enuntiationem describere debet.

Argumẽ. Ammonii cõtra Alxan. Obiicit autem Ammonius (ut sumit expositor) quia statim Aristoteles definiens affirmationem & negationem ponit enuntiationem, & non ut differentiam. Igitur ut genus. Et ita non æquiuocum, sed genus erit illarum: & per consequens non definiendum per species. Expositio Porphy. Porphyrius philosophus cum Alexandro uolens Aristotelem definire enuntiationem simplicem: ait non per species definisse: sed per uirtutes affirmationis & negationis: esse enim & non esse non sunt species enuntiationis, sed uirtutes affirmationis & negationis. Argumẽt. expositio. Sed obiicit expositor, quoniã sic in definitione generis non debent poni species: ita neq; ea quæ

sunt

cōtra Porphy. sunt propria specierum: modo significare esse, proprium est affirmationi, significare non esse, negationi igitur non debent poni in definitione generis. *Expositio. Bo.* Boetius autē quasi hęc miscens uult Aristotelem simul diuidere enuntiationem simplicem, & definire, ut intelligenti patet. & longis uerbis exponit. *Argu. expositoris cōtra Bo.* Sed hoc expositor refellit, quia si enuntiatio simul definiretur & diuideretur, cum non uideatur definiri nisi aut per species, aut per uirtutes specierū. necessario eū dicere oportebit uel ut Alexander, uel ut Porphyrius. Cū Ammonio uero expositor sentit: & nos quoq; sentimus. uidelicet. quod Aristoteles enūtiationem simplicem in duas differentias diuidit, ut inde definitiones specierum nāciscatur. & inquit. Est autem simplex enuntiatio, supple omnis aut quæ significat aliquid esse de aliquo, quod ad affirmationem attinet: aut quæ significat aliquid non esse de aliquo, quod ad negationem: & ne intelligatur solum de præsenti tempore: subscribit modo quo tempora distinguūtur, quasi dicat, etiam in aliis uerbi temporibus. *Qualis diuisio hæc* Hæc uero diuisio, ut expositor sentit, non est enuntiationis in species. sed in differentias specificas: non enim ait ꝙ enuntiatio est affirmatio uel negatio; sed uox significatiua. eius quod est esse, quæ est differentia affirmationis specifica. uel eius qd' est non esse, quo tangitur differentia specifica negationis. Propter hæc ex his differentiis subscribet specierum descriptiones. *Defensio Alexan. & aliorum.* Hæc est optima expositio. Verum illa Alexandri non est derisibilis. *1. supposi.* Propterea primo debes scire Alexandrum uoluisse enuntiationē non esse simpliciter æquiuocum: sed analogum: quasi analogia genus dicitur analogum speciebus. septimo physicæ auscultationis. Hæc enim analogia perfecti ad imperfectum rationi generis non repugnat. *2. supposit.* Vlterius animaduertendum, enuntiationē posse bifariam definiri. à priori, & sic in precedentibus definit Aristoteles nullas in eius definitione addendo species: aut à posteriori. & hoc dupliciter. uel per ea quæ intellectui cōpetunt: & ita per species acceptas à uero & falso superius descripsit: aut per ea quæ rebus cōueniunt: & ita describit hic, cum dicit: enūtiatio simplex uox est quę significat aliquid de aliquo esse uel nō esse. Vox enim loco generis accipitur. Significans esse uel non esse loco differentiæ à posteriori acceptę. Et hæc est mens Alexandri, quæ multum consonat literæ. *Ad argu. contra exposit. ad illud contra Alex.* Tunc ad argumentum contra Alexandrum patet solutio. Nō enim negat enuntiationem esse genus, sed ait esse analogum etiam. *Defensio Porphy.* Per hæc patet responsio ad illud contra Porphyrium. Possunt enim poni in definitione generis propria specierum: non quidem in definitione propter quid, sed in definitione quia: & à posteriori. *Defen. Bo.* Similiter ad illud contra Boetium: simul enim definit, ut notat illud genus uox: & diuidit, ut notat differentia accepta à uirtutibus hoc est propriis specierum. *De hypot.* Credunt Sorticolæ Aristotelem per simplicem intelligere cathegoricam, & per compositam hypotheticam. Propterea quærunt, utrū omnis enuntiatio sit cathegorica, aut hypothetica? *1. positio* Circa hanc quæstionem quidam uolunt enuntiationem hypotheticam esse eam, quæ ex pluribus cathegoricis cōstans, coniunctione una est: & quoniam plures cathegoricæ possunt coniungi pluribus modis. Quædam enim per notam causæ, ut quia Socrates bibit uenenum, fuit fortis. Aliæ per notam temporis, ut quando ueneris in bellum, dabo tibi præmium. Aliæ per notam loci, ut ubi Socrates moritur sepelitur. & possunt etiam coniungi plures cathegoricæ innumeris ferè modis. Ideo hypotheticæ secundū istos sunt ferè innumeræ. Quare omnis enuntiatio, quæ ex pluribus constat enuntiationibus est hypothetica. & sic inductio, exemplum, & enthimema, atq; syllogismus, & cætera id genus: cum sint enuntiationes coniunctæ per notam illationis, omnes sunt hypotheticę. *2. positio* Alii ponunt hypotheticarum sex species, siue modos, ut conditionalem copulatiuam, disiunctiuam, causalem, temporalem, demum & localem. *3. positio* Sorticolæ communiter aiunt tres esse species ut conditionalem, disiūctiuam, & copulatiuam. Nam cæteras ad has reduci contendunt. *4. positio & Propria.* Theophrastus uero & Eudemus uolunt hypotheticam omnem esse conditionalem, & nullam aliam nisi conditionalem. Huic Boetius assentit in primo Topicorum suorum. ubi ait conditionales propositiones esse, quas græci hypotheticas uocant. Amplius in libro de syllogismis hypotheticis ait, conditionalem enuntiationem sortiri speciem & nomen ab hypothesi græce latine conditio, siue suppositio. Rursus Aristoteles in libro priorū uult ex hypotheticis enuntiationibus cōstitui syllogismos hypotheticos. Constat aūt per ipsum non nisi ex conditionalibus. *Species cōditionalis 1.* Conditionaliū uero græci duas tradunt spēs. altera est, quā cōtinuā uocant, ut si sol exoritur, dies est super nos. altera ē, quā discōtinuā nūcupāt. ut uel tu es, uel tu nō es. Quæ conditionalis discōtinua appellatur: quia posita cōditione ꝙ nō sis, sequitur te nō esse, cū itaq; nihil ponat in esse, conditionalis erit: cū inter partes disiunctio signetur, discōtinua appellatur. *Ad formā quonis.* Hæc est mēs omniū græcorū, & Boetii ubiq;. Qua ratione fit ut hypothetica sit species enuntiationis coniunctæ. Nec cathegorica diuiditur contra hypotheticam, sed potius contra coniunctam. *De specie. continuæ.* Consequenter uidēdū de speciebus conditionalis continuæ: & dicēdū ut Ammonius & Boetius sentiūt, species posse enumerari: aut penes qualitatem cathegoricarum è quibus constat: aut penes formam, quæ habetur ex ui notæ conditiones. *4. Spēs penes qualitatem partium.* Si penes qualitatem partiū, tunc sunt quatuor spēs. Prima, ex cathegoricis ambabus affirmatiuis: ueluti si sol lucet, dies est. Secūda, ex ambabus negatiuis: ut si non est animal, non est hō. Tertia, ex prima affirmatiua & scd'a negatiua: ut si dies est, nox nō est. Quarta, ex prima negatiua & secunda affirmatiua: ut si dies nō est, nox ē. *3. Spēs penes uim condi.* At si species colligātur ex nota cōditionis. Qm̄ hæc uota, si potest trifariam sumi, aut pure cōditionaliter, ut si haberē Homerū, studerē. Aut permissiue, ut si ad me ueneris, mille basia dabo. Aut illatiue, ut si dies est, sol lucet: harū triū tertia est in usu Græcorū, & proprie conditionalis cōtinua. *De affirmatione & negatione. posit. recē.* Consequenter quęramus penes quid attenditur affirmatio uel negatio cōditionalis continuæ. Respōdēt recētiores, ꝙ nota cōditionis est tāquā forma cōditionalis. & quoniā ē forma qualitas proficiscitur sicut ē materia ipsa quantitas, iure ea dicit negatiua, cuius cōditionis nota negatur. Cōtra uero affirmatiua cuius cōditionis nota affirmatur. Qua ratione fit, ut quęlibet harū sit negatiua, nō si dies ē, sol lucet. Itē non dies est. si sol lucet. Rursus, dies est, nō si sol lucet. In his. n. omnibus semp conditionis nota negatur. *Posit. Boe.* Boetius uero in libro de hypotheticis affirmationē uel negationē nāciscitur ex qualitate cōsequētis. Vult. n. cōditionalē esse negatiuā, ét si solū cōsequens negatur. Hæc. n. est negatiua, si ē a, nō est b. Hæc affirmatiua, si nō est a, est b. Hęc positio persuaderi pōt, quoniā uis tota hypotheticæ ē in illatione cōsequentis. Hypothetica enim nihil ponit inesse, sed solum asserit illationē. Igitur negatio debet esse supra cōsequens, ubi uis illationis habetur. *Dubitatio cōtra Boe.* Sed dices quales erunt hæ. non si dies est, sol est ortus: & sol est ortus non si dies est. Videtur mihi quod etiam eiusmodi sunt negatiuę: quoniam in omnibus iis uis negationis exercetur supra consequens ipsum. Et pro tanto sunt negatiuæ pro quanto consequens negatur. Nō per hoc, quia conditionis nota negatur: sed quia consequens negatur sequi ex antecedente. Quare apud Boetium potest conditionalis esse negatiua trifariam: aut per conditionis negationem, aut per negationis præpositionem, aut per negationem consequentis. *De quantitate. sorticular positio.* Et de quantitate agamus. Sorticolę tenent conditionalem continuā nullius esse quantitatis: quoniam quantitas est conditio subiecti. Modo illa non est ex subiecto, & prędicato: quare erit omnis nō quanta. *Proposi.* Probabiliter teneri potest, omnē conditionalē continuam esse quantam. Et hoc à quantitate consequentis. Vocat enim Aristoteles syllogismorum hos uniuersales, hos particulares. Et hoc a quantitate conclusionis. Igitur cum conditionalis continua sit uti enthimema potest dici quāta ab eius consequentis quātitate. Et hæc uniuersalis, cuius consequens est uniuersale, illa particularis simili ratione. Hæc quidem erit uniuersalis si omnis homo currit, omnis homo mouetur: Hæc particularis, si omnis homo currit, quoddam animal currit.

De ueritate & falsitate. Et de ueritate & falsitate transigamus. Auerroes septimo physicæ auscultationis. commento secundo uult aliquam conditionalem esse ueram: cuius antecedens & consequens sunt impossibilia: aliquam esse falsam, cuius antecedens & consequens sunt necessaria. Et ita tenet conditionalem diuidi per uerum & falsum. *Pō. Auer Rationes 1. ratio.* Pro hac positione arguunt recentiores: contradictoria diuidunt omnē enūtiationem secundū uerum & falsum. ut dicit Aristoteles primo

mo

mo priorũ: Sed cõditionalis cõtinua habet cõtradictorium: quia põt negari & affirmari. Igitur est uera uel falsa.

Secunda cuiuslibet contradictorii altera pars est uera: & altera falsa, Hæc sunt contradictoria, si dies est, sol lucet: & nõ si dies est, sol lucet. Igitur altera uera, & altera falsa. & quicquid dicatur, sequitur conditionalem esse uerã uel falsam.

Confutatio. Sed hæc positio stare non potest: quia, ut dicitur in prædicamentis, ab eo quod res est uel non est, oratio dicitur uera aut falsa. Sed hypothetica nihil ponit in esse., aut in non esse. Igitur non potest dici uera uel falsa.

Propria positio. Propter hæc uidetur mihi saluo meliori iudicio, ꝙ nulla hypothetica debet dici uera uel falsa. Sed bene necessaria uel contingens: quam quidam uocant bonam aut malam. Rectius necessarium, aut contingentem, siue impossibilem. Et hæc est intentio Boetii ubique.

Quale cõtradictio in hypothet. Tunc ad rationes dico. Ad primum, ꝙ cõtradictorium in hypotheticis non eadem ratione accipitur ueluti in simplicibus: nam in simplicibus destruit ueritatem uel falsitatem hoc est, id quod est in re, uel quod non est in re. In hypotheticis, uero destruit necessitatem uel impossibilitatem illationis. Et ita contradicere est ferè æquiuoce. Tunc ad formam dico, ꝙ contradictoria diuidunt uerũ & falsum in cathegoricis, in hypotheticis necessariũ aut impossibile. Et hoc satis.

Similiter ad secundum contradictorium enim de necessitate alterum est uerum, alterum falsum in cathegoricis. In hypotheticis uero alterum necessarium, alterum impossibile, uel contingens, hoc est, non necessarium.

De discõtinua. Et de conditionali discontinua agamus, quæque disiunctiua dicitur. Et primo dicamus, quod quælibet pars disiunctiuæ potest esse consequens, ut, dicendo, tu es, uel tu non es. Quanquam Boetius utatur ubique duabus disiunctionis notis, ut uel tu es, uel tu non es. Et hoc ut notetur nihil poni in esse, nec in prima, nec in secũda. Dico igitur quod quęlibet potest esse consequens. Nam uel mouetur uel quiescit, potest habere consequens alteram indifferenter: quia si nõ mouetur, quiescit, & si non quiescit, mouetur.

De affirmatione. Tunc dicendum, ꝙ disiunctiua solum est negatiua uel affirmatiua per negationẽ prępositã, Causa est, quia quicquid teneatur pro consequente, intelligitur negatum, quod non est ita in ipsa conditionali continua.

De quãtitate. Secundo dico, ꝙ aliqua est uniuersalis, & aliqua particularis. Sed non à quantitate alterius enuntiationis: sed quoties ambæ sunt eiusdem quantitatis. Causa est, quia quælibet potest esse consequens. ut igitur seruetur quantitas consequentis, oportet ambas esse eiusdem rationis.

Dubitatio. Sed dices uel omne a est, uel quoddam b est, quanta est ista. Dici potest, ꝙ hæc est alicuius quantitatis in se: quoniã illius, cuius quantitatis est ea cathegorica: quæ sumetur pro consequente. Actu uero est disiunctiuæ uniuersalis, & disiũctiuę particularis. Nec hæc contradicunt. Potest enim unamet disiunctiua est uniuersalis & particularis hac ratione uidelicet disiunctiuæ uniuersalis, & disiunctiue particularis.

De ueritate. De ueritate uero & falsitate ita sentiendum ueluti de cõditionali continua. Cum enim disiunctiua sit conditionalis, & conditionalis nihil ponat in esse: in re nulla erit uera, & nulla falsa, Sed quælibet disiunctiua aut necessaria aut impossibilis, siue possibilis siue contingens.

De equipollentiis De cõtinua. Et de æquipollentis negatiuarum dicamus. Et quanquam recentiores multa dicant, mihi uidetur ꝙ negatio præposita toti conditionali aut notæ conditionis, aut consequenti: facit ęquipollere copulatiuæ constitute ex antecedente conditionalis & opposito consequentis. uerbi causa, si homo est, animal est. Si quis pręponens negationem dixerit, non si homo est, animal est. Hanc uult significare homo est, & non est animal. Similiter hæc, non si dies est, sol lucet: & dies est, & sol non lucet. Huius causa est: quia conditio non ponit in esse, copulatio uero ponit: quare cum particula negatiua neget conditionem ponet copulationem: & cum neget cõseques, ubi est uis omnis, ponet etiam oppositum consequentis.

De discõtinua. Simili ratione non uel mouetur uel quiescit, æquipollet copulatiuæ constitutæ ex oppositis ambarum cathegoricarum, uidelicet, & non mouetur, & non quiescit. Causa uero quare negatio præpositæ disiunctiuæ facit æquipollerẽ uel nõ ponit copulationẽ: Est quia copulatio ponit in esse.

Verum ponit contradictorium ambarum partium: quia in discontinua quælibet pars potest esse consequens: ideo cuiuslibet partis oppositum debet ponere. In continua uero est consequens determinatum. ideo ponit solum oppositum consequentis.

Hæc de hypotheticis ad mentem græcorum expositorũ nolui dixisse. Nam ab Aristotele pauca habemus. Sorticolæ uero, cum studiorum suorum finis sit ostentatio, non esse multa dicunt in confusione ueritatis, quæ prætereũda sunt, cũ in illis nõ sit felicitas, neque ad felicitatẽ præparet.

De enuntiationibus uero coniunctis: quoniam regulæ sunt innumeræ, non est nunc præsens pertractatio. Verũ si ocium dabitur, ad importunitates sorticolarum atque captiunculatorum interdum occurremus: & quid peripateticę sit sentiendum circa eorum captiunculas & cauillos exponemus.

Nunc uero de his sit dictum intantum.

DE AFFIRMATIONE ET NEGATIONE.



Affirmatio uero est enuntiatio alicuius de aliquo. Negatio autem est enuntiatio alicuius ab aliquo.

NVNC DATIS differentiis, quibus enuntiatio descendit in affirmationem & negationẽ: uidelicet, esse & nõ esse describit illas & inquit. Affirmatio uero est enuntiatio alicuius prędicati de subiecto aliquo. Negatio uero, est enuntiatio alicuius ab aliquo. Tangitur enim enũtiatio loco generis, Cætera differentiæ loco. Sorticolæ uero dicũt enuntiatio affirmatiua est in qua uerbum principale affirmatur. Negatio autem in qua uerbum principale negatur. Sed definitio Aristotelis est melior, quia est data ex iis quæ sunt per se. Nam ab eo, quia prædicatum subiecto inest: affirmatiua proficiscitur enuntiatio. Ab eo autem quia remouetur, negatiua emergit. Et sic definitio Aristotelis est accepta à causa. Definitio sorticolarum accepta est à signo. Est .n. affirmatio & negatio in uerbo ueluti in signo, ideo illa est quasi accepta ab accidẽte. Sed dubitatur: quoniam in ista aliquid remouetur ab aliquo: uidelicet Socrates differt à Platone, & tamen est affirmatiua. Ista uero, Socrates negatur de equo, est negatiua: & tamen est enuntiatio alicuius de aliquo. Similiter quoque & hæ, positio negatur, propositiones interimuntur, & id genus. Dicendum, quod definitiones sic intelliguntur: affirmatio est enuntiatio alicuius prædicati de aliquo subiecto. Negatio est enuntiatio alicuius prædicati ab aliquo subiecto. Tunc dico quod hæc est affirmatio Socrates differt à Platone, quoniam resoluitur in hanc. Socrates est differens à Platone, ubi prædicatum est totum hoc differens à Platone, & non Plato. Tale autem prædicatum inest subiecto. Fortasse illa, Socrates negatur de equo, est negatiua: quia est sensus, equus non est Socrates. Fortasse est affirmatiua, & est sensus, Socrates est negatus de equo. Hæc de affirmatione & negatione.


Cum uero sit enuntiare, & quod est non esse, & quod non est esse, & quod est esse, & quod non est non esse. Et circa ea tempora quæ sunt extra præsens similiter, contingit omne quod et quis affirmauerit, negare. Atque quod negauerit affirmare: quare patet cuilibet affirmationi negationem, et cuilibet negationi affirmationẽ esse oppositiuam.

Tractaturus Aristoteles de oppositiõibus enũtiationũ pręponi talẽ cõclusionẽ. omnis affirmatio negationi opponit: & omnis negatio affirmationi. Et syllogismus cõponit sic. omnis affirmatio possibilis negari negationi opponitur. Et omnis negatio possibilis affirmari opponitur affirmationi. Sed omnis potest affirmari, & omnis affirmatio negari. Igitur, omnis affirmatio negationi opponitur, & ecõtra maiorẽ pretermisit. Maiorẽ uero probat exẽplo. Ad cuius euidẽtiã animaduersione dignũ, ꝙ materiæ enuntiationũ omnes ad duas reducũt. ad habitudinẽ subiecti ad prædicatũ affirmatiuã: quæ si fuerit in actu, dicitur esse ut in terminis, animal homo. Homo. n. in anima ad animal habitudinẽ dicit affirmatiuã. Propterea appellatur in esse, è quo proficiscuntur enũtiationes affirmatiuæ de in esse. Si uero fuerit habitudo in potẽtia, erit cõtingẽs esse affirmatiuum, è qua exoriũtur enuntiariones de contingenti in esse, cuius termi- Com. 26

ni

ni erunt iustum homo. Aut materia enuntiationum reducetur ad habitudinem subiecti ad prędicatũ negatiuam. quod est aut in actu, ut in his terminis, equus homo. ex hoc emergũt enũtiationes de inesse negato. Aut in potentia, ut in his terminis, grãmaticum animal: ex hoc nascuntur enuntiationes de contingenti non inesse. Qua ratione fit ꝙ ex parte rerum duæ sint omnium enuntiationum materiæ. Ex parte uero nostri modi enuntiandi, ut Ammonius innuit, sunt duæ formæ. Nam noster enuntiandi modus esse potest, aut affirmando, aut negando. Quare sunt quatuor, duæ quidẽ materiæ ex parte rerum. Duæ uero formæ ex parte nostra. Ex parte rerum nuncupantur esse, & non esse, Ex parte nostra appellantur affirmatio & negatio. Sed quoniam cũ sunt quatuor termini possunt sex modis coniugari dicemus sex fieri coniugationes. quarum quatuor sunt impossibiles, duę tantum possibiles. Prima erit ex habitudine affirmatiua qđ uocatur esse: & nostro modo affirmandi, quod dicimus affirmationem, & hæc est utilis, ut si hominem esse animal enuntiemus. Alia ex habitudine negatiua: & nostro modo negandi, ut si enuntiemus hominẽ non esse animal: cum tamen homo sit animal, & hæc est inutilis. Tertia erit ex habitudine negatiua: & nostro modo negandi, ut si equum hominem non esse enuntiemus. hæcq; etiam utilis erit. Quarta ex habitudine negatiua, & nostro modo affirmandi, ut si equum hominem dicimus, & hæc inutilis est. Est quinta ex affirmatione & negatione, quæ sunt ex parte nostra quod non potest fieri. Sexta ex esse & non esse ex parte rerũ, quod minime est possibile. Erunt igitur coniugationes sex: quarum duæ sunt possibiles, cæteræ inutiles.

Formæ enuntiationum. 2.



Ex iis exemplariter potest patere minor. Nam si esse contingit negari. Et non esse contingit affirmari: omnis affirmatio erit possibilis negari. & omnis negatio possibilis affirmari: quæ fuit minor inquit. Sum uero sit enũtiare, & quod est in re, non esse, ut in negatione falsa. Vt dicẽdo homo nõ est animal. Et quod non est in re, esse, ut in affirmatione falsa, ut dicendo æthiops est albus. Et quod est, esse, ut in affirmatione uera. Et quod non est, non esse, ut in negatione uera, & non tantum de enuntiationibus per præsens tempus, sed etiã & circa ea tẽpora quæ sunt extra præsens. Similiter dat minorem, & inquit. contingit & omne quod quis affirmauerit negare. Nã si affirmat esse, illud negare possumus.

Si affirmat non esse, etiam illud negare possumus. Contra etiam & quod negauerit affirmare propter eandem rationem. Sic quasi per exempla patet minor. Tunc infert conclusionem, & inquit. quare patet cuilibet affirmationi negationem: & cuilibet negationi affirmationem esse opositam. Quæ fuit conclusio syllogismi præpositi.

Vis rõnis. Animaduertẽdum uim rationis esse: omne quod affirmatur, contingit negari, & econtra: omne quod negatur, contingit affirmari. Igitur affirmatio & negatio sunt oppositæ: Antecedens deducebatur. Nam quod est quod affirmatur, contingit negari.

Et quod non est etiã quod affirmatur, cõtingit negari. Igitur omne affirmatum contingit negari. Contra etiam: quia quod non est quod negatur, contingit affirmari: & quod est quod negatur, cõtingit negari, igitur omne quod negatur, contingit affirmari. Quare affirmatio & negatio erunt opposita. Sed dubitatur contra consequentiam: quoniam omne quod mouetur, contingit esse album. cõtra etiam. omne album contingit moueri: & tamẽ album & motum nõ sunt opposita. Igitur licet omne affirmatum contingat negari, & econtra: non propterea debent putari opposita. *Dubitatio.*

Dico, quod non sunt similia. Omne enim quod mouetur contingit esse album ipso remanente in motu, & ecõtra: omne quod est album, contingit moueri ipso remanente cum albedine. Propterea nõ sunt opposita. At affirmatũ si negetur, nõ remanet cum affirmationẽ. Nec etiã si negatũ affirmetur, remanet cũ negatione. Propterea sunt opposita: unde quoniã omne album contingit esse nigrum: & si sit nigrũ, nõ remanet album: ideo album & nigrum opponãtur. *Solutio.*

Sitq; hoc cõtradictio, affirmatio, & negatio oppositæ.

Quid oppositio sit declarauit: nunc quid cõtradictio, subscribit, & debet sic intelligi, cõtradictio est hoc affirmatio & negatio oppositæ, hoc est, cõtradictio est oppositio affirmationis & negationis. Ponitur oppositio loco generis, reliqua collocantur differentiæ causa. Ammonius credidit nõ rem definisse Aristotelem: sed unde ipsa contradictio nomẽ suũ nanciscatur. Affert signum, quia in Græco sensus sit, & hoc contradictio affirmatio & negatio oppositæ, hoc. n. loquẽdi modo non utimur, nisi in nominis impositione ut dixit supra & sit nomen infinitum: hoc certe est bene dictum. credo tamen quod Aristoteles simul nomẽ finxit, & nominis rationem subiecti: ratio autem quam significat nomen definitio est. Et ita simul nomen & rationem nominis, ut mihi uidetur, abstulit. *Com. 27.*


Dico autem eam opponi, quæ est eiusdem de eodem, & non æquiuoce & cætera id genus: quæ determinauimus ad sophisticas importunitates.

Soluit dubitationes. nam contradictam descriptionem potest multipliciter instari. Primo, hæc est oppositio secundũ affirmationem & negationem, animal est grammaticum, animal non est grammaticum: quæ tamen non est contradictio. Secundo, hæc est oppositio secundam affirmationẽ & negationem. canis latrat, canis non latrat, quæ tamẽ nõ est contradictio. Tertio, hæc est oppositio secundum affirmationem & negationem, æthiops est albus dentem: æthiops nõ est albus pedem, quæ nõ est contradictio. Quarto, & hæc est oppositio affirmatiõis & negatiõis. Plato currit tarde, Plato non currit uelociter: quæ nec est cõtradictio. Quinto, & hæc est oppositio affirmationis & negationis, pluit hodie, non pluit heri, quæ etiam non est contradictio. Sexto, & hæc, pluit in Gallia, non pluit in Italia. Et cætera id genus. Propterea ad hæc omnia satisfaciens uult descriptionem esse intelligendam sic. cõclusio est oppositio affirmationis & negationis seruata identitate subiecti & prædicati. Per quod tollitur prima obiectio, animal non est idem in numero subiectum: non æquiuoce, per quod tollitur secunda. Canis æquiuocum est secundum idem, per quod cessat obiectio de æthiope. est enim illud secundum diuersas partes, secundum eundem modum quo etiam deletur quarta. Nam non est eodem modo, quod assumitur, secundum idẽ tempus: quo demitur quinta instantia: quoniam ea sunt uera in diuersis temporibus, secundum eundem locum: quo etiam demitur ultima quæ procedit ex differentia loci. Et si aliquæ essent, quæ solent fieri à sophistis, etiam audiendæ sunt. Erit igitur contradictio, oppositio eiusdem de eodem, non æquiuoce, secundum idem, eodem modo, tempore eodem, & secundum eundem locum, & si qua alia erunt. Et tunc patet contradictionem differre à subcontrarietate, cõtrarietate subalternationeq;. Inquit: dico autem eam opponi, supple alteri, quæ est eiusdem de eodem: quoad primã conditionem: & non æquiuoce, quo ad secundam. Et cætera id genus: quę determinauimus ad sophisticas importunitates, quo ad cæteras quatuor conditiones.

Com. 28. 1. Obiectio. Secunda. Tertia. Quarta. Quinta. Sexta.

PARTICVLA SECVNDA.

De subiectis et prædicatis propositionum.



Vm autem rerum aliæ quidem sint uniuersales, aliæ uero particulares. Dico autem uniuersale quod de pluribus aptum est prædicari. Particulare uero quod nõ. Veluti homo quidem uniuersale. Callias uero particulare: necesse igitur est cum aliquid inest alicui uel non inest: id cui inest interdum quidem enuntiare esse aliquid eorum quæ alicui insunt uniuersalia. Interdum uero aliquod eorum quæ sunt particularia.

Com.29 TRACTATVRVS Aristoteles de residuis oppositionibus enũtiationũ, primo de quibus subiectis sint enũtiationes concludit. Nã per hoc poterimus scire id cui signũ uniuersale sit addendum. Est autem conclusio textus ꝙ omnis enuntiatio sit aut de subiectis uniuersalibus, aut de subiectis particularibus. Et syllogicat sic: omnes res aut uniuersales aut particulares, omnis enuntiatio est de rebus, igitur omnis enuntiatio aut est de uniuersalibus, aut de singularibus subiectis. Huius rationis proponit maiorem & inquit: cum autem rerum aliæ quidem sint uniuersales, aliæ particulares: hæc est minor, quam definitione & exemplo exponit, & inquit: dico autem uniuersale, quod de pluribus aptũ est prædicari. Particulare uero, quod non, subaudi aptũ est de pluribus predicari. Veluti homo quidem uniuersale: Callias uero particulare. Hæc est expõ maioris, subintellecta tũc minori uidelicet ꝙ enũtiatio omnis sit de rebus. dat cõclusionẽ, & terminat suspensiuã dicens. Necesse igitur est cũ aliquid ut predicatum inest alicui ut subiecto in affirmatione, uel nõ inest in negatione, tũc supple tu, ut græco est supplendum, id cui inest hoc est subiectum interdum quidem enuntiare esse aliquid eorum quæ alicui insunt uniuersalia. Interdũ esse aliquid eorum quæ sunt patircularia. Sic igitur omne subiectum enuntiationis de necessitate aut est uniuersale, aut particulare. Hæc est expõ partis. Quo uero ad græca uerba attinet, uerbũ particulare græce est καθέκαστον, quod nõnulli uolũt latine eẽ singulare & recte sẽtiũt: ego uero inter singulare & particulare nũc differẽtiã nõ facio. Accepi enim hæc ut multiuoca. multæ quæstiones & dubitationes hic solent concitari, quæ cum sint potius metaphysicæ, iure præteriri possunt.

Siquidem igitur esse aut non esse de uniuersali uniuersaliter enuntiauerit quispiam, contrariæ erunt enuntiationes. Dico autem de uniuersali enuntiationem uniuersalem: ueluti omnis homo albus est: nullus homo albus est.

Com.30. Opinio multiplex. In enuntiationibus inuenitur multiplex oppositio. Oppositio enim inuenitur in terminis. Et de hac loquitur Aristoteles in postprædicamentis, ubi distinguit in quatuor uidelicet contradictoriam, contrariam, priuatiuam, & relatiuam. Inuenitur etiam in syllogismis: & da hac loquitur Aristoteles in primo posteriorum capitulo de ignorantia, ubi docet facere syllogismos ex contrariis propositionibus ad ipsa prima principia. Inuenitur quoque in propositionibus siue enuntiationibus. & de hac nunc loquitur.

Numerus opposition. Vbi eas enumerat quatuor: quoniam enuntiationes aut opponuntur penes quantitatem tantum, aut penes qualitatem, aut penes utrunque. Si penes quantitatem, est subalternatio, ut quilibet homo albus est, quidam homo albus est. Aut nullus homo albus est, quidam homo albus non est. Si penes qualitatem, aut seruata uniuersalitate. aut seruata particularitate. Si penes qualitatem seruata uniuersalitate, est contrarietas. ut omnis homo iustus est, nullus homo iustus est. Si seruata particularitate, est subcontrarietas. ut quidam homo currit, quidam homo non currit, at si penes utrunque, erit contradictio ut omnis homo disputat, quidã homo non disputat. Nunc igitur de contrarietate proponit & dicit. Siquidẽ igitur esse aut nõ esse de uniuersali uniuersaliter quispiã enuntiauerit, cõtrarie erunt enũtiationes dico autem de uniuersali enuntiationem uniuersalem: uelut omnis homo albus est, nullus homo albus est: Sed dices

Dubitationes. contra, quia tunc hæ sunt contrariæ omnis homo albus est, nullus homo niger est, & omnis homo iustus est: & nullus equus iustus est: & omnis homo disciplinæ capax est: nullus equus bipes est. In omnibus enim iis de uniuersali enuntiatur esse & non esse. Dici potest, quod suppleuit per exemplum complementum definitionis. contrariæ enim enuntiationes sunt affirmatio & negatio uniuersales eiusdem prædicati de eodem uniuersali subiecto. Solutio. Laborat expositor assignare colorem, cur hæc oppositionis species in enuntiationibus nomen contrarietatis nacta sit: & frustra ut mihi uidetur. Quid expositor frustra agat. Nam illud quod assignat pro colore, adhuc cur contrarietas dicatur, habet quæstionem, non enim potest reddi causa cur inter album & nigrum sit contrarietas. inter album & non album contradictio. nomina enim ad instituenti sunt libitum. Sed supposita ratione nominis reddi potest causa: ideo de nominibus loquamur ut plures rationes nominum nunc omittentes.

Quando autem de uniuersalibus non uniuersaliter non sunt contrariæ, quæ autem significantur, contingit nonnunquam esse contraria. Dico autem non uniuersaliter enuntiare de uniuersalibus: ueluti est albus homo, non est albus homo, homo namque cum sit uniuersale, non ut uniuersal i utitur enuntiatione. Omnis enim non significat uniuersale, sed quoniam uniuersaliter.

Expositores Græci, & si multipliciter textum exponant, Com. 31. omnes pariter uolunt Aristotelem describere subcontrarias indefinitas sunt enim subcõtrariæ bifariã, aut particulares. ut quidam homo albus est, quidam homo albus non est, aut indefinitæ. ut homo albus est, homo albus non est, & inquit. quando autem de uniuersalibus subiectis nõ uniuersaliter quispiam enuntiauerit, non sunt contraria quæ autem significantur, contingit nonnunquam esse contraria. Erit igitur sensus. indefinitæ subcõtrariæ sunt affirmatio & negatio de subiectis uniuersalibus non uniuersales, Sensus. quarum significata contingit esse nõnunquam contraria. Ait Alexander ultimam particulam esse additam propter propositiones: in quibus de subiectis uniuersalibus prædicãtur prædicata uniuersalia ad illa non uniuersaliter. ut homo est animal, homo non est animal: nam tales habent uim contrariarum. Expositio Alexandri. Hæc expositio & si comuniter approbetur, mihi nõ placet. Aristoteles enim nihil meminit de prædicatis uniuersalibus ad subiecta uniuersalia. Propterea animaduertendum est, quod ad in definitas subcõtrarias requiritur primo, ut non sint uniuersales & per hoc differunt a contrariis, & conueniunt cũ subcontrariis particularibus. Cõfutatio. Propria expositio. Requiritur secundo, ꝙ sint de subiectis uniuersalibus: & per hoc differũt a cõtradictoriis singularibus uidelicet. Callias est albus, Callias nõ est albus. Tertio, ꝙ sint aptę effici uniuersales. & per hoc differunt a subcõtrariis particularibus. ut quidam homo albus est. quidã homo albus nõ est, nõ enim hæ possunt effici uniuersales secundum cõsuetum modũ loquendi: esset enim improprie dictũ. omnis quidam homo albus est, nullus quidã homo albus est. at indefinitæ cũ sint capaces omnes quantitatis, ob quod indefinite dictæ sunt, effici possunt uniuersales nõ contra consuetum modum loquendi per solam additionem signi uniuersalis. Erit igitur sensus. indefinitæ subcontrariæ sunt affirmatio & negatio de subiectis uniuersalibus non uniuersales: quarum significata contingit esse nõnunquam contraria. Sensus definitionis. Dico affirmatio & negatio loco generis ad differẽtiam subalternarum. dico de subiectis uniuersalibus ad differẽtiam contradictoriarum singularium. dico non uniuersales ad differentiam cõtrariarum. dico, quarum significata cõtingit esse nõ nũquã contraria ad differentiam particularium quæ effici nõ possunt uniuersales per additionem signi. has exponit per exemplum dicens. Dico autem non uniuersaliter enuntiare de uniuersalibus: ueluti est albus homo, non est albus homo: homo nanq; cum sit uniuersale, ipse anuntians non ut uniuersali enũtiatione utitur, hoc est, non uniuersaliter accipitur. Nam nõ additur ipsi signũ uniuersale omne uel id genus: quod licet nõ sit uniuersalis res, est tamẽ uniuersalitatis nota: & hoc ait. omnis enim nõ significat uniuersale, sed uniuersaliter, hoc est, est uniuersalitatis nota: & per cõsequens

quens sine ipso nihil uniuersaliter tenetur:& per exemplum quod subiecit, significauit tales affirmationes & negationes esse enuntiationes eiusdem prædicati de eodem uniuersali subiecto,ut diximus de contrariis.

Quod de signis pō. Causa. Quærunt quot sunt signa terminorum . omnes sentiunt illa reduci ad duo: quia uel est signum siue nota uniuersalitatis,ut omnis,nullus,& id genus:aut particularitatis,ut quidā,aliquis,& id genus . Huius causam expositor ex Ammonio assignat,quod eiusmodi signa sequuntur modum apprehendendi rem ipsam . Vniuersale autem apprehendi potest respectu suorum suppositorum bifariam , aut quatenus actu hæret omnibus suis suppositis,aut actu ab omnibus remouetur:& hunc modum sequuntur signa uniuersalia negatiuum & affirmatiuum.

Alio modo, ut intelligitur pati inesse uel à parte remoueri:& sic habentur signa particularia affirmatiuum & negatiuum ; aut potest considerari in dispositione neutra . Et cum hæc consideratio sit priuatiua : ideo non fuit aliquod signū illius.

Replica Sed dices,nonne natura uniuersalis ut natura humana potest considerari ut absoluta ab indiuiduis:cur non datur signum illius apprehensionis.

Amplius,cur non datur signum singularitatis.

Responsio propria. Philoponus primo priorum in solutione quæstionū Stoicorum ait,quod natura quando intelligitur abstracta intelligitur ut singularis singularitate naturæ :& cum singulari nullum competat signum : ideo ut sic illi nulla correspōdet significationis nota . Singulare quoq; uniuersalis nulla eget significationis nota : cū in ipso illa habeatur sua nominis ui.

Solutio propria. Dici tamen posset dari tertium signum cōsequens apprehensionem rei sub ratione singulari,ut sunt pronomina demonstratiua:quæ possunt demonstrare singularitatem naturæ & singularitatem uniuersalis.

Possumus enim dicere,hæc natura humana in communi est tantum ipsa:& sic utimur nota singularitatis:&etiam possumus dicere.iste homo disputat:& utimur similiter & sic signa consequentia nostrum apprehendendi modū sunt tria, ut uniuersale,particulare,& singulare.

In eo uero quod est prædicatum uniuersale id quod est uniuersaliter prædicare,non est uerum.Nulla enim affirmatio est uera,in qua de uniuersaliter prædicato uniuersale prædicetur,ut est omnis homo omne animal.

Com.32. Aristoteles secundum omnes refellit dubium,quod apud me debet sic introduci. dictum est quod contrariæ sunt affirmatio & negatio uniuersales de uniuersalibus: modo dubitatur cum contrarietas sit maxima oppositio, & summa repugnatio, uidetur quòd debeat esse tam secundum subiectum, quàm secundum prædicatum . Qua ratione uidetur ut tam subiectum quàm prędicatum debeat uniuersaliter teneri secundum contrarias qualitates.sic enim esset maxima oppositio.Magis enim opponūtur hæ. omnis homo omne animal est.& nullus homo nullum animal est : quā si esset differētia penes subiecta tantum. uidelicet dicendo omnis homo animal est,nullus homo animal est. Respōdet Aristoteles in oppositionibus cōtrariis non esse possibile id fieri: quoniā semper affirmatiua esset falsa:& sic nunquàm contingeret eas diuidere uerum & falsum.Licet enim nonunquàm sint simul falsæ:tamen interdum sunt simul ueræ.ubi autem adderentur signa uniuersalitatis utriusque uniuersalibus, semper affirmatiua esset falsa in omni materia:quod est contra naturam contrariarum. Propterea inquit. in eo uero quod est prædicatum uniuersale id quod est uniuersaliter prædicare. non est uerum:subaudi subiecto existente uniuersali uniuersaliter tento, ut sit in contrariis ipsis . Nulla enim affirmatio est uera, in qua de uniuersaliter prædicato quod ponitur à parte subiecti,uniuersale uniuersaliter determinatum prædicetur:ut omnis homo omne animal est.

Ex his non colligitur signum uniuersale non posse addi ad prædicatum,ut multi sumunt , sed quod in enuntiationibus cōtrariis, in quibus uniuersale uniuersaliter subiicitur, non debet uniuersale uniuersaliter prædicare , ut in exēplo Aristotelis colligitur : quæ res docet expositorem non recte sentire,qui sumit uniuersaliter ex his Aristotelis uerbis notā uniuersalitatis non esse addendam prædicato . *Vtrum uniuers. signū potest addi* Speciatim enim Aristoteles loquitur,ut in ipsis contrariis enuntiationibus,in quibus uniuersalia subiecta uniuersaliter subiiciūtur.

prædicato Vtrum uero uniuersalitatis nota possit addi prædicato: quæstio est impertinēs nostro proposito. Et de ea disputaui primo priorum.textu illo . Dico autem uniuersalem. in fine illius digressionis. Pro nūc autem responderi potest primo, quod conuenientius subiecto additur:quoniam per signum notatur quantitas acceptionis subiecti pro suis suppositis:igitur sibi esset dignius addi.

Secundo,ut ait Aristoteles primo priorum.cap.24.

Quo modo autem idonei erimus, quia inutile erit ad syllogismorum modos uel figuram . Dico secundo,quod interdum addi potest : interdum uero non . Additur quidem quoties prædicatum sua natura remouetur è subiecto tunc enim subiecto potest addi signum uniuersale affirmatiuum. prædicato signum uniuersale negatiuum ; ut omnis homo nullus equus est. Quoties uero prædicatum natura sua subiecto competit sibi uniuersale signum affirmatiuū addi non potest . si idem signum addatur subiecto : quia hæc est falsa. omnis homo omne animal est. Similiter & hæc . omnis homo est omnis homo , ubi tamen uniuersale signum negatiuum subiectis adderetur:ambæ essent ueræ. uidelicet nullus homo omne animal est,nullus homo omnis homo est, & cętera id genus.Similiter quoties prædicatum non habet nisi unum suppositum,addi potest signum uniuersale affirmatiuum prædicato.ut sol est omnis sol.

Reductio omnium ad regulas. Possunt autem hæc reduci ad normam:nam uel prædicata habent plura supposita actu,uel unum tantum. Si unum tantum : sit hæc regula affirmatio uera erit, ubi uniuersale uniuersaliter prædicatur de subiecto.

Regula. 1 Nam hæc est uera.omnis sol est omnis sol: siue iste sol est omnis sol.Si uero prædicatum habet actu plura.

1. Regula negationis. Sit hæc prima regula:negatio est uera,ubi uniuersale uniuersaliter prædicatur de subiecto uniuersali uniuersaliter.ut nullus homo est omnis homo: & nullus homo est omnis equus:nullus homo est omne animal & id genus.

2. Regula affirmat. Secunda regula:affirmatio est uera, in qua uniuersale uniuersaliter negatū prædicatur de subiecto uniuersali.ut equus est nullus homo. & hæc similiter. omne lignū est nullus hō.

3. Regula affirmat. Tertia regula:omnis affirmatio est falsa, ubi prædicatum uniuersale uniuersaliter prædicatur de subiecto uniuersali. ut omnis homo omne animal est,homo omne animal est,& id genus. Multa alia dici solent,quę omitto.

Responsio propria & generalis. Potest tamen dici aliquod esse uerum per accidens, quod est falsum per se. & ita dicerem signum uniuersale per se esse addendum ad subiectum , per accidens autem gratia materiæ:nonnunquam nihil prohibet addi ad prędicatum,ut in casibus prædictis.

Opponi quidem igitur affirmationem negationi dico contradictorie:eam quæ uniuersaliter significat ei, quæ non uniuersaliter: ut omnis homo albus est : non omnis hō albus est: nullus homo albus est,quidam homo albus est.

Com. 33 Ex iis ut uideatur quo modo differunt contradictoriæ & contrariæ enūtiationes.describit rursus utrasq;,& potest descriptio contradictoriarum sic collegi.enuntiationes contradictoriæ sunt affirmatio & negatio uniuersalis & non uniuersalis eiusdem prædicati de eodem subiecto uniuersali:hæc fuit declarata,& per exempla declarat,& sermo patet . Sed ambiges:quoniam uerbum finitum & uerbum infinitum cō tradictoriè opponūtur:quarum in litera,nihil meminit.Respondet Ammonius Aristotelem descripsisse enuntiationes contradictorias & non simplices uoces.Propterea ait literæ esse supplendum hoc modo.opponi affirmationem negationi enuntiatiuæ contradictorie dico,& reliqua:nam per hæc tollitur dubitatio.


Animaduersione dignum in contradictione enuntiationum reperiri omne genus oppositionis : ut eam quæ est penes quantitatem,cum una sit uniuersalis,alia particularis & eam quæ est penes qualitatem.quoniam una affirmatiua altera negatiua:qua ratione fit,ut hæc maxima habeatur.

Contrarie uero uniuersalem affirmationem & uniuersalem negationem, ut omnis homo iustus est , nullus homo iustus est.

Nunc describit contrarias,& uult quod contrariæ sunt af Com.34

firmatio & negatio uniuersalis eiusdem prædicati de eodem subiecto uniuersali, ut per exempla eius patet. Est autem hæc oppositio minor contradictione: quoniam secundum solam qualitatem habetur. est uero maior subcontrarietate: quoniã enuntiationes contrariæ maximè distant, cum in una prædicatum de quolibet subiecto affirmetur, in altera de quolibet negetur: in subcontrarietate, distantia est per partes.

Exemplum. Contrariæ



Subcontrariæ

Sic igitur habes quatuor oppositiones. Maxima quidem omnium est contradictio cum quantitate & qualitate fit.

In secundo gradu, est contrarietas: cum sit oppositio secũdum qualitatem secundum se totam.

In tertio gradu est subcontrarietas: nam est oppositio penes qualitatẽ, sed est secundum partes. Vltima & minima est subalternatio: quoniã ẽ oppositio penes quãtitatẽ, ẽ certe oppositio penes quãtitatẽ minor, quã m illa penes qualitatẽ, quoniam in quantitate non est oppositio, ut dicitur in prædicamentis. Sed bene secundum qualitatem: hæc omnia ex dictis patent. Post uero harum ratio sic sumi: quia enuntiationes dici possunt oppositæ. aut in quantitate solum, & hæ subalternæ dicuntur. aut in qualitate solum, & hæ bifariam. aut enim in toto, & hæ contrarię sunt. ut non in toto sed in parte: & hæ subcontrariæ habentur. aut in quantitate & qualitate: & sic habentur contradictoriæ. Ratio igitur harum sic haberi potest.

Quapropter hæ quidem simul ueræ sint fieri nequit. iis uero oppositæ de eodem simul ueræ sint contingit interdum, ut non omnis homo albus est, & est quidam homo albus.

Com. 35 Quomodo enuntiationes oppositæ se habeant ad uerum & falsum: nunc declarat & secundum recentiores ea quæ dicet, erunt leges enuntiationum oppositarum.

prima lex Prima itaq; regula est. uniuersalis affirmatiua & uniuersalis negatiua non possunt esse simul ueræ.

2. lex. Secunda regula subcontrariæ iis oppositæ possunt esse simul ueræ, inquit, quapp hæ quidem simul ueræ sint, fieri nequit. Hæc est prima regula iis uero oppositæ de eodem simul ueræ sint: contingit interdum, ut non omnis homo albus est, & est quidam homo albus. hæc est secunda regula.

Probatio primæ. Prima regula potest ex dictis sequi. probatum ẽ enim eiusmodi enuntiationes esse contrarias. Contraria autem non possunt eidem competere, ut album, & nigrum. bene tamen ab eodem remoueri, qua ratione fit ut nõ posint esse simul ueræ: bene tamen ut supplent iuniores logici simul falsæ. ut omne animal est homo, nullum animal est homo. ambæ. n. simul falsæ sunt. Similiter omnis homo albus est, nullus homo albus est. Prima igitur regula locum habet propter naturam contrariorum.

Probatio. 2. Secunda uero ualet per primam. Si enim contrariæ non possunt esse simul ueræ: subcontrariæ nõ possunt esse simul falsæ. ubi enim hæ essent simul falsæ, cum hæ contradicant illis: illæ erunt simul ueræ per legem contradictoriarum: quę dicit: si una est falsa, alia uera: quare si illæ ambæ falsæ sint contrariæ, quæ sunt illis contradictoriæ, erunt simul ueræ: & quia prima regula, sequitur ex dictis: & secunda ex prima infertur: iure Aristoteles literam hanc fecit illatiuam & quasi corrolarium.

Quæcunque quidem igitur contradictiones uniuersalium sunt uniuersaliter, necesse est alteram ueram esse uel falsam: & quæcunque in singularibus sunt. ut est Socrates albus: non est Socrates albus.

Regulas contradictoriarum nunc tradit: Prima est, contradictiones uniuersales non possunt esse simul ueræ nec simul falsæ: sed omnino necesse est alteram ueram esse alterã falsam. *Com. 36 Prima lex in contra dict.*

Secunda regula. contradictiones in singularibus similiter nec simul ueræ, nec simul falsæ esse possunt: sed necessario alteram ueram, alteram falsam esse oportet. Harum regularum nulla assignari potest causa: quoniam est axioma siue dignitas, ut illa: imposibile est idem simul esse & non esse. *2. lex. Cã. legum*

Quæcunque uero in uniuersalibus non uniuersaliter: non semper altera quidem uera est, altera autem falsa. Simul enim uerum est dicere: quoniam est homo albus, & quoniam non est homo albus: & est homo pulcher, & non est homo pulcher. Si enim turpis est, pulcher etiam non erit, καὶ εἰ γίνεταί τι, & si fit, etiam non est.

Com. 37 5. lex Quinta regula est in subcontrariis indefinitis, uidelicet, subcontrariæ indefinitæ esse possunt simul ueræ, nunquàm autem simul falsæ. Simul enim uerum est dicere: quoniam est homo albus, & quoniam non est homo albus, & est homo pulcher, & non est homo pulcher.

Probatio. Probat hæc sic: hæc stant simul, est homo pulcher, ut Italus est homo turpis, ut æthiops: sed turpis est non pulcher. igitur stabunt illæ simul, est homo pulcher, utpote pro Italo: est homo non pulcher: pro turpi æthiope.

Amplius si aliquid fit album, non est album: igitur stant simul, homo albus est, pro eo qui iam factus est albus: homo non albus est, pro eo qui fit albus.

Sorticolarum probatio. Sorticolæ probant regulam ex singularibus. hic uel ille ẽ albus: igitur homo est albus: hic uel ille non est albus: igitur homo non est albus: quare hæ stabũt simul: homo est albus, homo non est albus.

Sed hoc alicui ilico absurdum esse uidebitur. propterea quod uidetur significare: non est homo albus, simul & quod, nullus homo albus est. At neque idem significant, neque simul sunt necessario ueræ.

Sed obiiciet statim aliquis contra dicta, quia hæ. homo albus non est, & nullus homo albus est, idem significare uidentur? Respondet, quod neque idem significant neque sunt simul necessario ueræ. Quod non idem significent patet: quia una uniuersaliter significat in toto. altera non uniuersaliter. Quod uero nõ sint necessario semper simul ueræ patet: quia stat hanc esse ueram. homo albus non est: illam uero falsam. nullus homo albus est. In quibus potest colligi regula sexta subalternarum. uidelicet quod si uniuersalis sit uera: semper sibi subalterna est uera. Contra autem, esse potest subalterna uera, & subalternans falsa. *Com. 38. Regula in subalternis sexta*

1. dubitat. Sed circa præsentem lectionem soliti sumus dubitare. Primo, quia Aristoteles uult singulares oppositas esse contradictorias. ut Socrates albus est, Socrates albus non est: quod falsum esse uidetur: quoniam sola qualitate opponuntur. igitur non contradictorię.

2 Secundo, quia tunc uni essent duæ cõtradictoriæ, ut huic est Socrates albus: contradicerent hę, nullus homo albus est, & Socrates albus non est.

3 Tertio. quo modo differt indefinita, quæ ab Aristotele dicitur nõ uniuersalis, à particulari. Ad primam dici potest, quod in singularibus est uerum contradicere: quoniam contradictio est oppositio, cuius non est dare medium secundum se, ut patet intelligenti. Tunc dico in contradictione singularium sufficere oppositionem qualitatis tãtum. Sufficit enim quod quicquid una affirmat alia negat. *Solutio Primæ*

Solutio. 2. Ad secundum dico, quod prima contradictio est in singularibus

laribus.in aliis uero ratione ſingularium. Hæ.n.contradicunt.omnis homo albus eſt,nō omnis homo albus eſt,quia dicunt oppoſita circa unum ſingulare. Reducuntur enim ad unum punctum indiuiduum. Et ita cōcedo uni eſſe duo contradictoria non æque primo. huic.n. Socrates albus eſt. prima cōtradictoria eſt. Socrates albus non eſt. ſecunda illa, nullus hō albus eſt,quæ ideo illi contradicit, quia dicit oppoſitū circa idem numero.

Solutio tertiæ. Ad tertium Ammonius prolixe loquitur, quæ breuibus expoſitor noſter & clarius collegit,ego tamen breuioribus utens,dico quod differt indefinita à particulari, quia ſubiectum indefinitę eſt capax,omnis quantitatis & per ſe, ſubiectum particularis non niſi per accidens. Hęc enim eſt per accidens uniuerſalis.omnis aliquis homo albus eſt. Secūdo, quia ſubiectū particularis determinatum eſt ad certā quantitatis ſpeciē.ſubiectū uero indefinitæ capax eſt oīs quantitatis. Propterea aoriſtica ſiue indefinita dicta eſt.

Patet autem,& quod una negatio unius affirmationis ſit.

Com. 39. Poſuit Ariſt. plures oppoſitionis ſpecies, quibus uidebitur fortaſſe uni affirmationi plures negationes opponi,aut contra uni negationi plures affirmationes. Ad tollendum igitur cauillum hunc,occurrit obiter declarando uni affirmationi negationem unam,contra uero,negationi uni affirmationem unam opponi: Et hoc proponit dicens, patet autem,& quod una negatio unius affirmationis ſit,contra uero,unius negationis ꝙ ſit una affirmatio.

Idem nanque ut negatio neget oportet: quod affirmauit affirmatio ipſa,& ab eodem ſiue ſingulare ſit illud, ſiue uniuerſale quoddam,aut uniuerſaliter aut non uniuerſaliter ſumptum. Dico autem,ut eſt Socrates albus,non eſt Socrates albus.

Com. 40. Probat quod dixerat ratione primo, & ſyllogicat ſic, Quicquid negat illud idem quod affirmatio affirmauit,eſt una negatio unius affirmationis, deinde ſcribit minorem

Syllogiſ. dicens.idem namque ut negatio neget,oportet quod affirmauit affirmatio ipſa, & ab eodem ſubiecto ſiue ſingulare ſit illud ſubiectum,ſiue uniuerſale quoddam, hoc autē uniuerſaliter aut non uniuerſaliter ſumatur. erit igitur concluſio,quod uni affirmationi una eſt negatio oppoſita, cuius exemplum ponit,& patet.

Quod ſi quoddam aliud ab eodem negauerit, aut ab alio idem,non erit illi oppoſita, ſed ab ea diuerſa. Huic itaque omnis homo albus eſt.contradicit illa,non omnis homo albus eſt. Huic uero aliquis homo albus eſt: illa. nullus homo albus eſt:huic demum.eſt homo albus:illa, non eſt homo albus. Quod quidem igitur affirmatio una negationi uni contradictorie opponatur: & quæ ſint hæ, dictum eſt: & quod aliæ contrariæ ſint: & quæ ſint iſtæ,dictum eſt: et quod non omnis uera uel falſa contradictio, & propter quid,& quando uera uel falſa,etiam dictum eſt.

Com.41. Dubitabis fortaſſe,ſi negatio prædicatum idem de ſubiecto alio neget ab eo, de quo idem prædicatum affirmatio affirmauit eſt illi contradictoria.uerbi cauſa.eſt Socrates albus,non eſt Plato albus,aut ſi neget aliud prædicatum de ſubiecto eodem,de quo affirmatio affirmauit, ut dicendo: eſt Socrates albus,non eſt Socrates probus,ſunt ne iſtę contradictoriæ? Reſpondet dicens, quod ſi quoddam aliud prædicatum ab eo ſubiecto negauerit negatio ipſa, aut ab alio ſubiecto negauerit idem prædicatum, quod affirmatio affirmauerit: non erit illi oppoſita contradictorie, ſed ab ea diuerſa, quam iuniores logici uocant impertientem ſiue diſparatam. Hæ enim ut contradicant, debent eſſe de conſimilibus ſubiectis atque prædicatis. Deinde concludit multa exempla, & epilogat, & ſermo patet tranſlatione ſolum.

Dubitatio. Illud uero dubitatione dignum eſt, quia inter indefinitas uidetur ponere contradictionem,ut inter has.homo albus eſt,homo albus non eſt.

Solutio. Hoc uero ſoluas eas eſſe contradictorias, quoties ſubiectum ſumitur pro eodem numero puncto. Pro diuerſis autem ſuppoſitis ſumendo dicendum eſt ut ſupra.

Ea autem una eſt affirmatio, eaq; negatio una, quæ unum de uno ſignificat, ſiue ſit uniuerſaliter uniuerſale, ſiue non ſimiliter. Veluti omnis homo albus eſt, non omnis homo albus eſt, eſt homo albus, non eſt homo albus, nullus homo albus eſt,aliquis homo albus eſt modo album unū ſignificet. Quod ſi duobus nomen eſt unum poſitum, è quibus unum non conſtat, non eſt una affirmatio,neque una negatio. Veluti ſi equo et homini quiſpiam nomen tunica impoſuerit,hæc oratio tunica eſt alba,non erit una affirmatio, neque una negatio.

Conueniunt omnes uelle Ariſtotelem declarare quæ ſit enuntiatio una, quæque plures. Primo fortaſſe, ut Ammonius ſentit quia prædixit uni affirmationi negationem unam opponi, qua ratione euenit, ut declaremus quæ ſit affirmatio una,quæve negatio ſimiliter una. Com. 42.

Secundo fortaſſe hoc declarat quia ambiguum eſt an uniuerſalis enuntiatio una ſit, cum multitudinem amplectatur. Propterea conſentaneum eſt uidere,an cum illa uniuerſalis enuntiationis multitudine ſtet unitas, quæ res declarabitur,ſi quæ ſit una affirmatio,quęve una explicet.

Tertio,ut Alexander ait,quia in oppoſitionibus omnibus neceſſaria eſt unitas enuntiationis, cum in æquiuocis non ſit oppoſitio,ideo neceſſe eſt uidere, quæ ſit enuntiatio una,quæve plures.inquit, ea autem una eſt affirmatio eaq; negatio una,quæ unum prædicatum de uno ſubiecto enuntiando ſignificat,ſiue tale ſubiectum ſit uniuerſaliter uniuerſale,ut in uniuerſali enuntiatione, ſiue non ſit uniuerſaliter uniuerſale ſimiliter,ut in cæteris non uniuerſalibus. Cuius rei exempla ponit,quæ patent, addit tamen {modo album unum ſignificet,} hoc ideo adiecit,quia expreſſerat per exempla in enūtiationibus unis,ſemper ſubiectum debere eſſe unum,ne itaque quis credat ſolam ſubiecti unitatem ſufficere,adiecit {modo album unum ſignificet} qua ratione declaratur, quod ad unitatem enuntiationis neceſſaria eſt & ſubiecti & prædicati unitas. Ex quibus quæ enuntiatio non una ſit,ſubiungit dicens,quod ſi duobus nomen eſt unum poſitum, è quibus unum non conſtat,non eſt una affirmatio, nec etiam una negatio, ueluti ſi equo & homini quiſpiam nomen tunica impoſuerit. hæc oratio,tunica eſt alba,non erit una affirmatio, nec hæc alia,tunica non eſt alba, erit una negatio. igitur enuntiatio non una eſt aut quando unum de pluribus, aut plura de uno,aut plura de pluribus etiam nominis unitate ſeruata enuntiat. Addit {è quibus unum non conſtet,} quia ſi ſignificata uocis ſint plura: ex his tamen conſtet unum aut numero aut ratione,adhuc enuntiatio erit una. hæc enim una eſt:Socrates eſt homo, quanquam Socrates ſignificet aggregatum quoddam pluripereſ. Similiter hæc eſt una,omnis homo albus eſt, quanquam plures homines ſub illius ſubiecto comprehendantur, quoniam ex illis reſultat unū ſecundum rationem.

Differt autem nihil hoc ab eo quod dicitur eſt ἄνθρωπος καὶ ἵππος, homo equus albus, hoc uero nihil differt ab eo quod dicitur, eſt homo albus, et eſt equus albus. quod ſi hæ plura ſignificent, & ſint plures, patet et primam aut plura aut nihil ſignificare. Non eſt enim aliquis homo equus. Quare nec in his neceſſe eſt alteram ueram, alteram ψευδῆ ἀντίφασιν εἶναι falſam eſſe.

Syllogicat quæ exemplificauerat fere expoſitorie ſic. homo eſt albus,equus eſt albus, plura ſignificant,& ſunt plures,hæc oratio.tunica eſt alba,& ille duæ, equus albus eſt. homo albus eſt.igitur hæc oratio.tunica alba eſt, plura ſignificat,& eſt plures. Inquit {differt autē nihil hoc} id eſt hæc oratio.tunica eſt alba ab eo quod dicitur eſt, homo equus albus, hoc uero nihil differt ab eo quod dicitur eſt homo albus & eſt equus albus,hæc minoris uis. addit maiorem dicens, quod ſi hæ plura ſignificent, & ſint plures, Com. 43.

patet & primam aut plura aut nihil significare, plura quidem si homo equus plura sunt, nihil uero, si equus sit homo, aut cōtra, homo equus, quod cum sit falsum, nihil erit. Propterea subdit non est enim aliquis homo equus, nec cōtra, aliquis equus homo. Ex iis concludit propositæ digressionis fructum dicens, quare nec in his, hoc est æquiuocis, necesse est alteram ueram, alteram falsam esse.

Animaduersione dignum primo, quod Arist. finxit exēplum, quoniam in exemplis naturalibus posset esse dubitatio inter opiniones, ut igitur nihil dubii relinquat, iure finxit exemplum. Secundo aīaduertendū, quod finxit exēplum subiecti & non prædicati, ut innueret interdum solā subiecti multiplicitatem facere æquiuocam enuntiationē.

Sed ambigere solitus sum primo, quia oratio hæc, tunica alba est. est plures incoiunctē. Illæ. hō est albus, & equus est albus, sunt plures coniunctione, igitur non sunt similes. Amplius hæc oratio, tunica est alba, potest esse in uno sensu tantum, ut si tunica sumatur pro homine solo qui sit albus. Illa uero cum sit una copulatiua, ambas partes uult ueras esse. Tertio dubitaui, utrum subiecto existente æquiuoco solum, semper oratio sit æquiuoca. Ad prima duo dubia Aspasius, Alexander, Porphyrius & Ammonius, quos Boetius & expositor sectantur uolunt illud esse intelligendum, quo ad unitatem atque multiplicitatem enuntiationis, non aūt quoad ueritatem & falsitatē, ut rōnes innuūt. Potest tamen melius ut mihi uidetur dici, ꝙ illæ duæ orationes. hō albus est, & equus albus est, debent legi inconiunctè. Nam illa particula {&} quæ Græce est καὶ, non copulatiue, sed ut sermonis continuatiua legi debet, & tunc dubitationes nullæ erunt. Ad tertium autores in metaphy. 4. commen. secundo uelle uidentur, quod si subiectū sit æquiuocum, prædicatum uero uniuocum, potest oratio interdum esse uniuoca, interdum æquiuoca, uniuoca quidem, quando prædicatum sit accidens, ueluti hæc, canis pulcher est. Interdum uero æquiuoca, quoties prædicatum sit substantia, ut canis animal est. Res hæc an uera sit, in sophisticis omittatur, quæ cum non sit multum ad propositum. Hæc Auerrois solutio sufficit.

In his quidem igitur quæ sunt, et in his quæ fuerunt, necesse est affirmationem aut negationem ueram uel falsam esse. In uniuersalibus quidem & ut uniuersaliter semper alteram quidem ueram, alteram autem falsam necesse est esse, etiam in singularibus, ut dictum est. In uniuersalibus autem μὴ καθόλου λεχθέντων non uniuersaliter, non necesse est. dictum autem est de his.

Com. 44. An textus iste sit noui capituli initium, ut expositori nostro placet, uel sit finis præcedentis uti illius epilogus & glosa, ut Boetio uidetur, certe ambiguum est, sed quoniam siue sic siue sic ueritas eadem est, uidetur mihi quod Aristoteles enuntiationum talem innuat distinctionem, quod quædam est de præsenti, quædam de præterito, quædam uero de futuro, & quælibet harum est uniuersalis aut singularis & uniuersalis etiam alia est uniuersaliter, alia non uniuersaliter. Tunc uult, quod leges dictæ superius etiam habent locum in his quæ sunt de præsenti, & in his quæ sunt de præterito. In his enim prima contradictionis lex siue in singularibus sit, siue in uniuersalibus uniuersaliter, semper locum habet, quoniam altera contradictionis pars uera, altera falsa est. Rursus & in his secunda lex sub contrariarum uniuersalium non uniuersaliter etiam locum habet, quoniam esse possunt ambæ ueræ, nunquam autem simul falsæ.

Alias credebam Aristotelis hanc enuntiationum diuisionem esse, per inesse, & necessario inesse, & contingenter inesse, uidetur enim enuntiatio de præsenti oratio de inesse, cum sit contingens posita in actu. Enuntiatio uero de præterito, esse uidetur necessaria, cum necessarium sit id quod semper fuit. Quæ uero de futuro est, uidetur contingens, cum sit de inesse non posito in actu. Res hæc satis colorata uidetur, uerum an sit ita uel ne, dubium est. Aristoteles enim non habet oculum nisi ad enuntiationum tempora de materiis uero ipsarum in secundo huius explicabit. ideo nunc sit dictum in tantum.

In singularibus uero atque futuris non est similiter. Nam si omnis affirmatio uel negatio uera est aut falsa, & omne necesse est esse aut non esse.

Proponit disputare de lege contradictoriarum singularium de futuro, ubi animaduersione dignum, quod enuntiationes uniuersales de futuro, simili lege incedunt, sicut uniuersales de præsenti uel præterito. In his enim quæ cōtradicunt in uniuersalibus uniuersaliter, necessario altera est uera, altera falsa. ut omnis homo erit albus, non omnis homo erit albus. In uniuersalibus uero non uniuersaliter possunt esse simul ueræ, non autem simul falsæ. ut hō erit albus, homo non erit albus. Restat igitur sola dubitatio in singularibus contradictoriis de futuro, utrum de necessitate altera pars sit determinate uera, altera determinate falsa ut Achilles bellum geret, Achilles bellum non geret. inquit Arist. In singularibus uero atque futuris non est similiter altera pars determinate uera, altera determinate falsa. Sunt qui ipsi textui uolunt esse addendum uerbum {contingentibus} ut sit sensus. in singularibus uero atque futuris & cōtingentibus non est similiter altera pars uera determinate altera falsa, addunt {in contingentibus} quia illud non ualet in necessariis, determinate enim aut sol exorietur, aut nō exorietur. Sed hæc additio non est necessaria, quoniam Arist. futurū ubiq; appellat id qđ non est, & pōt esse & nō esse, tale autē est contingēs. Hæc. n. hō curret, infert hanc, contingit hominē currere, igitur illa additio nulla est, cū satis per uerba eius habeatur. Ad hoc probandū Arist. facit enthimema dicens, nā si oīs affirmatio uel negatio in his uera est aut falsa, & ꝑ igitur, oē necesse est esse aut nō esse, hoc est, necesse est alterā partē eē determinate uerā, alterā determinate falsam. hoc ē enthimema, ē quo infert deinceps, oē aut esse necesse aut necesse nō esse. & ita erūt duę naturę tātū, necesse esse, & impossibile esse, & nō negabit natura cōtingēs. ꝑpea circa enthimema istud, nō parū laborādū erit. Com. 45.

Si enim hic quidem dixerit aliquid fore. alius autem illud idem non fore dixerit: alter ipsorum necessario uerum dicat perspicuum est. Si omnis affirmatio uel negatio uera est aut falsa: ἐπὶ τῷ τοιούτῳ, In talibus enim simul ueræ ambæ non erunt.

Credit expositor Arist. deducere enthimema, motus fortasse, propter illam particulam {enim} quæ uidetur reddere cām eius quod dixit. Mihi autē non placet quoniam ea quæ nunc dicit, nec remotæ, nec ꝓpinque esse possunt præmissæ conclusionis enthimematis. uidetur igitur mihi, qđ Arist. cum dederit enthimema, nunc uim illius enthimematis mutat ad casum & exemplum, ut habeatur quod dixerat clarius, & syllogismus componitur sic. Omnis affirmatio est aut uera aut falsa omnis qui dicit aliquid fore uel non fore, dicit uerum uel falsum. de ratione primo tangit minorem in exemplo, & inquit. Si. n. aliquis dixerit aliquid fore. Alius autem illud idem non fore dixerit, hæc minor quasi incompleta, cui addit conclusionem dicens. alter ipsorum necessario uerum dicat perspicuum est. & quia hæc est una hypothetica. quę potest reduci in syllogismum, subscribit maiorem dicens. { Si omnis affirmatio uel negatio uera est aut falsa. } Vult igitur ex hoc habere maiorem talem. omnis affirmatio uel negatio uera uel falsa est. cui addas, sed omnis qui dicit aliquid fore uel non fore, affirmat uel negat. igitur omnis qui dicit aliquid fore uel non fore, dicit uerum uel falsum, probat maiorem dicens. In talibus enim simul ambæ ueræ non erunt, ecce quo pacto Aristoteles dictum enthimema resumpsit sub forma syllogistica, & per exemplum & casum ut clarius esset. Com. 46.

Nam si uerum est dicere hoc album aut non album esse, necesse est album aut non album esse, et si est album, uel non album, uerum erit affirmare uel negare, et si non est mentitur, atque si mentitur, non est. Quare necesse est semper affirmationem aut negationem ueram esse uel falsam.

Cauillabit fortasse quispiam maiorem, quoniam affirmari potest aliquid, & non esse ita in re uerum sicut affirma- Com. 47.

firmatur. Nam mathematici ponunt casus affirmando illos qui non sunt, ut dicunt, trahatur linea à centro ad cœlum. ubi affirmatur lineam esse tractam, non tamen est uerum ipsam esse in re tractam, & ita non omnis affirmatio uel negatio est uera aut falsa, cum non omnis sit ita in re, uel non ita. Cauillum hunc refellit dicens. nam si uerum est dicere hoc album, aut non album esse, necesse est album aut non album esse, & conuertitur. uidelicet, quod si est album uel non album, uerum erit affirmare uel negare. Similiter quo ad falsitatem, & inquit {& si non est uerum, albũ esse mentitur,} si dicatur album esse, & si mentitur, per hoc quod dicit illud esse, id non est.

Ex his concludit maiorem ipsam dicens, quare necesse est semper affirmationem aut negationem ueram esse, uel falsam, & ita habetur maioris ueritas, & cauilli cõfutatio.

Nihil ergo aut est, aut fit à fortuna, neque quicquam ad utrunque contingens, neque erit aut non erit quicquam: sed omnia necessario euenient, nihilq; ad utrunque contingens: nam aut is dicit uerum qui affirmauit, aut is qui negauit. Similiter enim fieret aut non fieret, utrumlibet enim non magis sic uel non sic se habet, aut habebit.

Com. 48. Contingẽtis 3. acceptiones. Nunc ultimo infert inconueniens sequens ad syllogismum dictum, ubi debes scire, quod contingens est quoddã rarenter, quoddã plerunq; qđ dici solet natũ, quoddam ad utrunq;, tunc intendit declarare, qđ nulla erit natura præter necessariã, si conclusio syllogismi uera sit, & inquit. {Nihil ergo aut est aut fit à fortuna,} & ita tolletur contingẽs raro, {neq; quicquã ad utrũque contingens} & ita tolletur contingens quod appellant infinitum. {Neq; erit aut non erit quicquã} & ita tolletur contingens plerunque siue natũ, quod est aut ad esse, aut ad non esse magis limitatum.

Sed oĩa necessario euenient, nihilq; ad utrunq; contingens erit, repetit quasi cãm, unde hęc sequuntur dicens. nã aut is dicit uerum qui affirmauit, aut is qui negauit, hoc est qui oppositũ dixit, & ita similiter necessario alterũ fieret uel non fieret, quare & demetur natura de inesse, quia utrũlibet nõ magis sic uel nõ sic se habet de inesse uel se habebit, de necessitate alterũ est, & ita tolletur materia cõtingentiũ, & materia de inesse, & oĩa erũt necessaria, aut necessario eueniẽtia. Hæc sunt impossibilia sequẽtia ad conclusionem.

Adhuc autem si quid nunc est album, uerum erat dicere prius, quod erit album: quare semper uerum erat dicere quodlibet eorum quæ facta sunt, quod est aut erit. Si autem semper uerum erat dicere, quod est aut erit, non poterit illud non esse, aut non fore. At id quod non potest non fieri, impossibile est non fieri, Quod autem impossibile est non fieri, necesse est fieri: uniuersa ergo futura necesse est fieri: nullum ergo est ad utrunque contingens: neque à fortuna quicquam erit: nam si à fortuna, non ex necessitate.

Com. 49. Et græci & latini conueniunt, quod Aristoteles ad quęstionem propositam nunc ponat secundam rationem. Sed huic expositioni non assentio, quoniam neque uerba Aristotelis, nec series illi conuenit: ideo uidetur mihi q cum Aristoteles argumentatus sit ad quæstionem in singularibus de futuris probando, quod in illis non est altera pars contradictionis determinate uera, nunc disputat in singularibus de præsenti, probans quod nec in istis altera cõtradictionis pars sit determinate uera, altera determinate falsa, & arguit sic, cuilibet propositioni de præsenti correspondet aliqua de futuro, igitur si in singularibus de præsenti altera contradictionis pars sit determinate uera, altera determinate falsa, ut quod Plato sit albus determinate, aut non albus, tunc in singularibus de futuro iis correspondentibus altera contradictionis pars erit determinate uera, altera determinate falsa, & ita fuit altera illarum uera, Plato erit album, uel non erit album. fuit altera illarum determinate uera, igitur semper fuit uera. Si semper uera fuit, non poterat non fore: non poterat non fore, igitur non poterat non fieri, quod non potest non fieri, impossibile est nõ fieri, quia non potest esse, ęquiualet huic impossibile esse, & nõ potest non esse, huic impossibile non esse, quod autem impossibile est non fieri, necesse est fieri per regulam æquipollentiarum. & ita uniuersa futura necessario erunt, inquit, {Adhuc autem si quid} nunc de præsenti est album, ut Plato uel Callias, uerum erat dicere prius, quod erit album, & ita uult cuilibet de præsenti correspondisse aliquam de futuro, quare semper ante tempus præsens uerum erat dicere quodlibet eorum quæ facta sunt, quod est aut erit, patet quia omne futurum antequam sit præsens, semper est futurum, & ita antequã hęc sit uera. Plato est albus, cũ sit determinate uera per te, ab æterno fuit futuræ ueritatis, ultra arguit, si semper uerum erat dicere, quod est aut erit, nõ poterit illud non esse aut non fore, quia semper fore æquiualet ad impossibile uel non possibile non fore, & ita ad impossibile uel non possibile non fieri, ultra ad id quod nõ potest non fieri, impossibile est non fieri, quia non possibile & impossibile æquiualent, ultra, quod autem impossibile est nõ fieri, necesse est fieri ab æquiualenti ad æquiualentem. Negatio .n. postposita facit æquipollere suo contrario. Ex iis infert, uniuersa ergo futura necesse est fieri. Cum .n. quælibet singularis de præsenti sit determinate uera aut falsa, & cuilibet de præsenti correspondet una de futuro, quælibet de futuro erit determinate uera aut falsa, & ita uniuersa futura necessario fieri, tunc dat impossibile sequens ad hæc dicens. Nullũ ergo est ad utrunq; cõtingens, neq; à fortuna quicquã erit, quoniã si à fortuna aliquid erit non oĩa ex necessitate erunt. Sic igitur si in singularibus de pñti altera cõtradictionis pars eẽt determinate uera, oĩa ut prius euenirẽt necessario, ut p enthimemata à primo ad ultimũ patet.

At uero neque dicere potest aliquis neutrum esse uerum, ut neque fore, neque non fore. Primo nanque cum affirmatio falsa erit, negatio uera non erit, & cum hæc sit falsa, contingit affirmationem non ueram esse.

Megarici negarunt potentiam, & oẽ possibile concedentes solũ actũ & præsentiã, & ita isti dicebant neutrũ futurorũ esse uerũ, cum nullum sit futurũ possibile esse præsens. Hos igitur Arist. refellit inferens affirmationẽ & negationẽ in his esse simul falsas simpliciter, quod pro nunc relinquit tanquam impossibile, & inquit. At uero neq; dicere põt aliquis neutrũ esse uerũ, ut Megarici opinantur negantes potentiã & possibilia atque futura, dicentes nihil neque fore, neq; non fore. Primo nanque cũ affirmatio falsa erit apud illos, negatio uera nõ erit, & ita ambæ simul falsę, & cũ hęc, hoc est negatio, sit falsa, contingit affirmationẽ non uerã esse, & ita ambæ simul falsę, cõtra naturã cõtradictionis. Com. 50.

Ad hæc etiam, si quia uerum erit dicere aliquid simul esse album, & magnum, oportet utrunque esse: etiam si erit uerum cras, oportebit esse cras, et si non erit, non erit cras: non utique erit contingens ad utrunque, ut nauale bellum: oportebit .n. neque fieri nauale bellum, neq; non fieri.

Secundo contra eosdem arguit sic. si in futuris singularibus ambæ contradictionis partes simul sunt falsæ. igitur de pręsenti aliquando erunt simul falsæ. tenet consequentia per locum à cõtrario, quoniam si aliqua de futuro sunt simul uera, etiam de præsenti oportet aliquando esse simul uera, etiam si aliqua sunt de futuro simul falsa, oportet ut de præsenti aliquando sint simul falsa. Et tota ratio fundatur in hac maxima. cuilibet propositioni de futuro tali correspondebit una de præsenti talis, ut si de futuro uera, correspondebit aliquando aliqua de præsenti uera. si falsa, est & falsa. quare si de futuro apud Megaricos utræque falsæ sunt, aliquando de præsenti utræque falsæ erunt. inquit. Ad hæc etiam, si quia uerum erit dicere aliquid simul esse album & magnum, oportet utrunque esse de præsenti, etiam si erit uerum cras, oportebit esse cras, & si non erit uerum cras, non erit cras, & ita cuilibet de futuro tali correspondebit una de præsenti talis, ex hoc sequitur, quod non erit contingens ad utrunque, quia omne tale est de futuro, ut nauale bellum non erit contingens ad utrunque, quia ex quo de futuro ambæ partes sunt falsæ, oportet de pręsenti ambas falsas esse, & ita negabitur omne contingens ad utrunque. Com. 51.

Dubitatio Sed dubitant, quoniam hæc est uera de futuro. album erit nigrum, & tamen hæc. album est nigrum, nūquā est uel erit de præsenti uera. *Responsio* Quicquid uelint iuniores, dico, quod hæc est de futuro uera. album erit nigrū pro subiecto cui accidit albedo, ut patet per resolutorium syllogismum, ideo sibi nō correspondebit illa de præsenti album est nigrum, sed hæc hoc est nigrū, quæ aliquando de præsenti est uera.

Maxima. Ex regula Arist. & modo probandi colligitur hæc maxima. propōnē de esse falsam, cōuerti cū sua cōtradictoria. & si falsum ē dicere, Socrates est, sequit igr̄ Socrates nō ē, si falsa est hæc ꝓpō Plato est albus, sequit̄ igit̄ Plato nō est albus.

Ea igitur absurda quæ contingunt, hæc sunt, & istiusmodi cætera. Siquidem necesse est cuiuslibet affirmationis atque negationis inuicem oppositarum tam in uniuersalibus uniuersaliter quam in singularibus: alteram quidem se se ueram, alteram autem falsam esse, ut quod in his quæ fiunt nihil fit ad utrunque: Sed de necessitate sint aut fiant cuncta: & ita nec consultare opus erit, nec res agendas aggredi: ueluti si hoc quidem fecerimus, eueniet hoc. Si uero illud nō fecerimus, non eueniet hoc.

Com. 52. Quicquid uelint expositores, Aristoteles (ut mihi uidetur) epilogat absurda dicta addēs alia. Absurda quidē sunt quod nihil fiat contingenter ad utrunque, & quod cuncta necessario eueniant. ea quæ addit, duo sunt etiā ut q̄ frustra sit consultatio, & quod frustra sit aggredi res agendas, sicut consiliarii agunt, qui hoc mō agūt dicentes. si hoc agimus ut si munitiōes arcibus cōmittimus, eueniet hoc, si uero nō facimus illud, nō eueniet hoc. i. nō cōseruabunt arces.

Animaduersione dignum consultationes esse, partim à natura, partim ab arte. natura quidem quoniam homines inter animalia soli sunt consultiui. Animalium uero cæterorum nullum, arte uero quia disciplina euadimus boni & mali consultores, tunc ex hoc arguitur, quod est à natura non est frustra cousultare (ut diximus) est à natura, igitur non frustra, & ita non erunt omnia necessaria. dicere enim consultationem non esse frustra, & euenire omnia necessario est implicare contradictionem.

Prohibet enim nihil etiam in annos usque mille: hoc quidem fore aliquem dicere. illud uero nō fore alium dicere. igitur necessario eueniet alterum eorum, quod tunc dicere uerum erat.

Com. 53. Videtur mihi quod repetat absurda, & primo casu posito ꝙ aliquis affirmet aliquid uenturum fore ad mille annos. alius dicat illud non uenturum, & syllogismus componitur sic. In singularibus contingentibus affirmatio uel negatio est determinate uera necessario. Sed dicere aliquid uēturum ad mille annos, aliquid non uenturum est affirmare & negare in singularibus contingentibus. igitur de necessitate alterum eorum eueniet, quod tunc dicere uerum erat. De ratione tangit minorem dicens. prohibet enim nihil etiam in annos usque mille: hoc quidem fore aliquem dicere. illud uero non fore alium dicere. Dat conclusionem dicens. igitur necessario eueniet eorum alterum, quod tunc dicere uerum erat, quod unum dictorum absurdorum. Hęc ratio deducta est à casu posito.

Etiam nihil refert, si qui dixerint contradictionem ipsam, aut non dixerint. patet enim ita res ipsas sese habere: si non alter quicquam affirmauerit alter negauerit, non enim quia affirmatio aut negatio dicta est, res ipsa erit, aut non erit, neque magis si in annos usque mille, quam quanto uis tempore: quare si in omni tempore sic se habeat, ut alterum fore uerum dicatur, necesse erat hoc fieri, & unumquodque eorum quæ fiunt, sic semper se habere ut necessario fieret: nam si uere quis dixit aliquid fore, fieri non poterit ut non eueniat: & si euenerit, semper ante uerum erat dicere ipsum fore.

Eadē absurda deducit non supposito casu, accipit tamen duas suppositiones. *Com. 54.* Prima, ꝙ nihil differt quo ad rerū aut existentiam, aut euentum, si unus affirmet aliquid fore, alter neget illud fore, quia propter nostrum affirmare uel negare non mutatur rerū cursus, ita ut sit aliquid uel nō sit. Secunda suppositio, non differt quo ad rerum euētum earum quæ nunc aguntur, utrum fuerint affirmatæ uel negatæ ante annos mille uel aliud quantumuis tempus, hoc est, quicquid uēturum est in aliquo tempore futuro ut cras & determinate, in omni differentia temporis præteriti est determinate uenturum pro cras, & non differt, ut sit magis uenturum pro mille ante annis, uel pro maiori tempore, & hoc inquit. Neque differt rerum euentus magis si in annos usq; mille antea fuerit affirmatus aut negatus, quā quantouis tp̄e. eadem. n. uidetur ratio si annis mille antea fuerit affirmatus aut negatus, & si cētum solum antea. Hæ sunt duæ suppōnes: Tunc arguit, quare si omni tp̄e præterito sic se habebat contradictio ut alterū fore uerū dicatur ꝑ te, qui ponis in his alterā contradictionis partem esse determinate uerā, necesse erat hoc fieri, & unūquodq; eorū quæ fiunt sic se habere semper, ut necessario fieret, quoniam ipsum fieri semper & in oī drīa tp̄is præteriti erat uerū. Deducit consequentiā dicēs. nam per te si uere quis dixit aliquid fore, fieri non poterit, ut illud non eueniat. contra etiā etsi euenerit, semper ante uerum erat dicere ipsum fore.

Rationis uis. Est igitur uis rationis, in omni differentia tp̄is præteriti erat uera altera pars contradictionis, & uerum dicere alterum fore, igitur necessario erit. Nam si non necessario erit, non semper fore in omni differentia tp̄is præteriti uerum fuisset, uel cathegorice, sic omne determinate uenturum in aliquo tp̄e futuro, quod est determinate uenturum, antea pro omni differentia tēporis præteriti, de necessitate eueniet, siue quis affirmet aut neget illud euenire, hęc patet ex secunda suppōne. Sed omne uenturum per aduersarios est determinate uenturum antea in omni differentia temporis præteriti. igitur necessario eueniet, & ita patet idem absurdum sequi posito casu siue non posito casu.

Εἰ δὴ ταῦτα ἀδύνατα, *Si itaq; hæc absurda sunt: illa impoßibilia sunt: uidemus. n. futurorum principium esse, tum ab eo quod agimus.*

Com. 55. Ea quæ dixerat, declarat esse impossibilia. & 1. ꝓponit hoc, & inquit. {si itaq;} subaudiui in græco absurda sunt, illa ēt subaudiui impossibilia sunt. & hoc probat 1. in singularibus cōtingentibus sic. ea oīa quorū nos ipsi dn̄i & principia ex toto sumus, sunt cōtingentia. tangit minorē dicēs, uidemus. n. futurorū principiū esse, tū ab eo quod consultamus, tū ab eo quod agimus. Igit̄ extrema contradictionis sunt in singularibus futuris penitus cōtingētia ad utrūq;.

Actionum genera tria. Aiaduersione dignū quod in nobis sunt tres actionū species. altera quæ spectat penitus ad eā aīæ partē quæ dicitur uiuifica, ab aliis uegetatiua, ut nutritio, auctio, & generatio, & hæ ꝑ maiori parte sunt necessariæ, & nutritio, & auctio, siue imminutio, quicquid sit gn̄atio quæ nō fit in nobis. Alia quæ spectat ad animā sensibilem, ut appetitus, sensus, & motus, & hæ ēt ꝑ pluribus partibus sunt necessariæ ut sensus: cū. n. cāgimur necessario sentimus, & fortasse appetimus licet possint rōne moderari. Quæ uero spectāt ad rōnalem partē, hæ sunt penitus animæ rōnali & nobis subditæ, & harum domini sumus oīno, & de his Aristo. loquitur.

Et cum in his quæ non semper actu sunt, sit omnino aliquid poßibile esse, et non esse. Similiter in his in quibus ambo & esse & non esse contingunt: sit etiam ut in illis sint fieri & non fieri.

Com. 56. Secūdo idē persuadet in uniuersalibus de futuro, ubi debes scire quod rerū quædā sunt quæ oīno non semper actu sunt, sed frequēter, ut effectus naturales. Quædā quæ æqualiter sunt & nō sunt, uel rarenter sunt, ut fortuita. Ideo accipit, quod tā in primis rebus quàm in secūdis est possibile esse, & possibile nō esse, & infert, ꝙ pp̄ hoc oportet ut in illis utrisq; sit possibile fieri & nō fieri, & syllogismus est. Ea in q̄bus est possibile esse & nō esse, est possibile fieri. & nō fieri, hæc est maior. dat minorem dicens, & cum in his quæ non semper actu sunt, sit omnino aliquid possibile esse, & non

non esse:ut sunt res naturales,quę plerunque sunt. Similiter in his in quibus ambo & esse & non esse contingunt, ut fortuita, hęc est minor,dat conclusionem dicens, fit etiam ut in illis sint fieri & non fieri,& ita contingentia quæ describitur per possibile fieri, & non fieri. Hæc est ratio Aristotelis.

Plura etiam nobis perspicua sunt sic se habere: ueluti uestimentum hoc scindi potest, et non scindetur, sed prius conteretur. Potest etiam similiter non scindi: non enim posset ipsum prius conteri, nisi potuisset non incidi, Quare & in alijs γενέσεων, futuris idem erit: quæcunque secundum talem dicuntur potentiam.

Com. 75 Hic ponitur tertia ratio per exemplum, & potest componi sic syllogismo expositorio, hoc uidelicet, Vestem incidi est contingens,hoc est, aliquid futurorum: igitur aliquid entium futurorum non necessario eueniet. Igitur ab æquiualente,non omnia futura necessario euenient. Aut forte arguit exemplo per simile iudicium sic, uestem incidi est contingens,igitur in aliis futuris similiter inquit. Plura etiam perspicua sunt sic se habere,utpote uestimentum hoc scindi potest,& non scindetur:sed prius per tempora post conteretur,igitur scindi potest,etsi non scindetur. Similiter potest etiam non scindi, non enim posset ipsum prius pro tempore post conteri,nisi posset non scindi: igitur potest scindi,quia non conteri:& non scindi, quia conteri, & ita scindi & non scindi.Quare ut in hoc uno, ita etiam in aliis futuris erit idem,quęcunque secundum talem dicuntur potentiam. ecce quo modo syllogismus est ab uno exēplo simili ad cætera.Fecit enim hoc exemplum in confirmationem propter hebetes quos exempla fortasse magis mouent quàm rationes etiam demonstratiuæ.

Perspicuum ergo non omnia necessario aut esse,aut fieri: sed alia quidem esse ad utrunlibet contingentia, de quibus non magis affirmatio quàm negatio erit uera uel falsa. Alia uero talia esse ut ipsorum magis atque frequentius alterum eueniat: modo quidem alterum fieri contingat, alterum uero minus.

Com. 58. Ex iis rationibus concludit conclusionem,& inquit. Perspicuum ergo non omnia necessario aut esse aut fieri: hæc conclusio uerum declarat quot modis esse poterūt contingentia,& enumerat duo contingentium genera: est enim quoddam contingens æquale siue infinitum, quod potest æqualiter esse & non esse,ut moueri Socratem. Est & contingens natum,quod si est aptum magis & frequentius euenire,dicitur contingens natum frequenter aut plerunque, ut canescere in senectute. Si uero minus aptum euenire, dicitur contingens rarum,& hæc est conclusio textus. De his dicemus in 2. inquit. Sed alia quidem esse ad utrunlibet cōtingentia,de quibus non magis affirmatio quàm negatio erit uera uel falsa. Alia uero talia esse,ut ipsorum magis & frequentius alterum,ut affirmatio uel negatio eueniat: modo quidem alterum fieri contingat,alterum minus, & istæ sunt species contingentis. Per hæc habetur solutio ad quęstionem principalem,quærebatur enim utrum in propositionibus singularibus de futuro altera pars cōtradictionis sit determinate uera,altera determinate falsa. Solutio est,ꝙ in necessariis de futuro altera est determinate uera, altera determinate falsa. Quoniam sol orietur necessario & determinate,uel non orietur. Similiter sol existens in Leone necessario & determinate æstuabit, aut non æstuabit. Itemꝙ sol existens in Capricorno determinate hyemabit aut non hyemabit. In illis uero quæ de futuro sunt contingenti, licet neutra contradictionis pars sit determinate uera, neutra determinate falsa: tamen in illis de futuro contingenti plerunque altera pars contradictionis est magis apta euenire quàm altera,ut licet neutra harum determinate eueniet,homo in senectute canescet,aut non canescet. Illa contradictionis pars, uidelicet canescet, frequentius & aptius eueniet. In his uero quæ de contingenti sunt æquali, licet altera eueniet,neutra tamen determinate aut eueniet, aut frequentius uel aptius. Hęc est solutio dubitationis, similis

Solutio totius qōnis,& primo quæstio.

Solutio.

solutio esse potest in contingentibus de præsenti. nam propositiones de futuro æquipollet, aut inferunt, similes de præsenti cum modo cōtingentis, ut cras erit nauale bellū, igitur contingit nauale bellū esse,uel nauale bellū erit, aut nauale bellū non erit, igitur cōtingit nauale bellū esse,uel nō esse. Et ita quicquid dr̄ in illis de futuro, uult esse intelligendū in his de p̄nti in mā cōtingēti. Hæc Arist. de qōne.

Id igitur quidem quod est quando est, necesse est esse & id quod non est quando non est necesse est non esse: non tamen aut omne quod est,esse necesse est: aut omne quod non est:non esse necesse est. Non enim idem est, omne quod est necessario esse cum est & simpliciter necessario esse. Et de eo quod non est simili modo.

Cum Aristoteles terminauerit illā qōnem, an in futuris contingentibus altera pars cōtradictionis sit determinate uera,altera determinate falsa,solū quo ad partē negatiuā, uidelicet,quod non propter impossibilia enarrata nūc uult declarare,an in illis sit aliquo modo necessitas. Et primo proponit,quot modis dicatur necessariū, siue necessaria ueritas,& uult quod necessariū bifariā dicitur simpliciter, uidelicet & ex suppōne siue conditione. Simpliciter quidē necessariū est,ut solē oriri,aut ipsum reddi in Capricornū. Ex suppōne uero necessarium id esse qn̄ est, aut id non esse qn̄ non est,ut Socrates currit qn̄ currit, aut Socrates non disputat qn̄ non disputat. Hoc.n. est necessarium non absolute, sed ex suppōne,inquit. Id igitur quidem quod est qn̄ est,necesse est esse. Vt Socrates qn̄ currit, necessario currit, Et id quod non est,qn̄ non est,necesse est nō esse, ut Socrates nō disputat,quando non disputat. Et locutus est per terminos transcendentes,ut eius sermo sit uniuersalior, & oībus conueniens. Hoc est primum membrū, deinde tangens scd̄m, inquit. Non tn̄ oē quod est,absolute necesse est esse, aut oē quod non est,necesse est non esse. Nā Socratē currere absolute nō necesse est,nec absolute necesse est nō currere. Sed bene aut dum currit,aut dū nō currit. Cuius cām subscribit & inquit. Nō.n. idē est,oē quod est necessario esse cū est. Et simpliciter necessario esse,& de eo qđ non est simili mō est dicendū. Nam non est idē necessario nō esse cū non est, & necessario nō esse simpliciter. Sic igitur duplex est necessariū,ex suppōne & simpliciter. Philop. uero 1. priorū autoritate Alex. & Sosigenis, subdiuidit necessariū ex cōditione: Qm̄ pōt esse aut cōditione cadenti in subiecto, ut oē quod currit,necessario mouetur dū currit, aut cadēti in p̄dicato, ut Socrates sedet necessario dū sedet. Quā diuisionē Arist. in 2. huius ulterius examinabit. Nūc uero sit dictū in tātū.

Com. 59.

Necessarium dicitur dupliciter.

Et in contradictione etiam ratio eadem est. Omne namque esse aut non esse necesse est: itemq; aut fore aut non fore. Non tamen διελόντα εἰπεῖν θάτερον ἀναγκαῖον. λέγω δὲ οἷον necesse est disiunctiue alterum fore. Ceu necesse est quidem cras nauale bellum fore, aut non fore. Non tamen fore nauale bellum cras,necesse est: neque rursus non fore. attamen fore aut non fore necesse est.

Præmissa distinct. uerbi necessarii, nūc applicat illā ad rē,& declarat quō in enūtiationibus de futuro ē necessitas, & uult ꝙin illis de futuro reperit necessitas simpliciter,quoties fit una cathegorica de altero extremorū disiuncto. uerbi cā,necesse est cras nauale bellū fore,uel non fore disiunctim,uidelicet,tenendo extrema,quoties uero fiunt plures cathegoricę in una disiunctiua,in illis non pōt esse necessariū. Non.n.necesse est cras nauale bellū fore,aut necesse est cras nauale bellū non fore.sunt.n. hæ duæ cathegoricę,ambæ falsæ. inquit. Et in contradictione,hoc est, disiunctione facta inter contradictorias,rō eadē ēt est ut in illis dicāt necessitas. oē nāq; esse aut nō esse necesse est quo ad illas de p̄nti. Itēq; aut fore aut nō fore disiūctim.s.tenēdo illa, & ita cathegorica de extremo disiūcto necessaria est,& in illis de p̄nti,& in illis de futuro. Non tn̄ necesse est disiūctiue & in hypothetica disiūctiua alterū fore. Exēplū ponit & inquit. ceu necesse ē quidē cras nauale bellū fore,aut nō fore,nō tn̄ fore nauale bellū cras necesse ē,neq; rursus n̄ fore necesse ē. Attn̄ fore aut nō fore,necesse ē. Sed dices quo mō ē necessarium

Com. 60.

Dubitatio

Solutio. rium in illis ex conditione. Dicendum, ꝙ in illis est necessarium ex cōditione, dum uidelicet futurum est, ut cras nauale bellum fore necesse est, quando est futurum: aut nō fore, quando non est futurum. *Notabile.* Animaduersione tamen dignum, ꝙ fortasse necessitas reperta in cathecorica de extremo disiuncto, est necessitas non simpliciter ut exposui: sed ex conditione, quoniam necessarium alterum, si alterū necesse est esse. Absolute uero in illis nullatenus aliquid reperitur necessarium. Et hoc est tutius dictum. Alias uero dixi ꝙ illa, nauale bellum erit uel non erit, est necessaria simpliciter: quoniam sua contradictoria: non nauale bellum erit uel non erit, est simpliciter impossibilis, ut patet per æquiualentem, quæ est copulatiua facta ex partibus contradictoriis, ut nauale bellum erit, & nauale bellum non erit: quæ est simpliciter impossibilis. tu uero considera.

Quare cum orationes ita sint ueræ, ueluti res ipsæ: perspicuum similiter necessario se habere & in contradictione: quemadmodum sic se habent ea quæ ad utrunque esse, aut fore contraria possunt: quod quidem contingit in his quæ non semper sunt, aut non semper non sunt. Harum enim rerum alteram contradictionis partem ueram aut falsam esse necesse est: non tamen hanc uel illam, sed utraque contigerit. Fit etiam ut magis quidem uera sit altera: non tamen uera iam aut falsa.

Com. 61. Hactenus de rebus ipsis: nunc ad orationes quæ à rebus proficiscuntur sermonem conuertit. Et breuibus uult ita esse in orationibus: ueluti nunc dictum est in rebus. At in rebus quo modo non sit necessitas absolute, & quomodo est, dictū est. Igitur & in orationibus parimodo est dicendū: inquit. Quare cum orationes ita sint ueræ: ueluti res ipsæ: perspicuum similiter necessario se habere & in contradictione talium enuntiationum: quemadmodum sic se habet ea quæ ad utrunque esse, aut fore contraria possunt. Et declarat in quibus. & inquit. quod quidem contingit in his quæ non semper sunt. aut non semper non sunt: qualia sunt cōtingentia, quæ sunt nō necessaria, quæ semper sunt. aut impossibilia quæ semper non sunt. Harum enim rerum (ut diximus) alterā contradictionis partem ueram aut falsam esse necesse est. non tamen hanc uel illam disiunctiue, sed utraque contigerit disiunctim. Sed dices cum neutra sit necessario uera, est ne altera magis apta fieri uera, q̄ altera? Respondet, fit etiam ut magis quidam uera sit altera, ut in contingentibus plerunque, ut Socratem fore canum in senio, q̄ non fore: non tamen uera iam determinate & necessario aut falsa determinate. Sic igitur patet in contradictione de futuris necessario alteram partem fore ueram disiunctim. neutram autem disiunctiue aut determinate.

Quare patet non omnium affirmationum & negationum oppositarum alteram necessario ueram esse, alteram falsam. Non enim quemadmodum in his quæ sunt, sic se habet & in ijs quæ non sunt quidem. Esse uero aut non esse possunt. Sed ueluti dictum est.

Com. 62 Epilogat solutionem, & causam solutionis, & inquit. quare patet non omnium affirmationum & negationum oppositarum alteram necessario ueram esse, alteram falsam. Cuius causam epilogat dicens. Non enim quemadmodum in his quæ sunt, ut sunt illæ de inesse, aut necessario inesse, & de præsenti. sic se habet & in his quæ non sunt quidem, esse uero possunt: ut sunt illæ de futuro, sed ueluti dictum est. Dictum est enim, ꝙ necessario in illis: de futuro disiunctim altera est uera. Non tamen necessario hæc uera, uel illa necessario falsa. Hinc sorticolæ sumunt, cuilibet propositioni de futuro ueræ respondet aliqua de præsenti, quæ quandoque erit uera: non tamen econtra, cuilibet de præsenti, respondet una de futuro, quæ fuit aliquando determinate uera. *Quomodo dicitur rerum contingētia.* Quærunt iuniores, an quodlibet contingens necessario eueniat. & multis rationibus arguunt ꝙ sic. *Prima ratio.* Primo aliquid contingens necessario eueniet. igitur quodlibet tenet consequentia, quia non maior est ratio de uno q̄ de omnibus. Antecedens declaratur de anima Antichristi: quoniā anima Antichristi aliquando necessario erit igitur anima Antichristi necessario erit. Tenet consequentia ab inferiori ad suum superius. Antecedēs uero declaratur, quia post a, instans in quo erit, necessario erit, cum sit sempiterna. .2. Secundo ad idem tempus in quo anima Antichristi necessario erit, necessario erit. igitur anima Antichristi necessario erit. Tenet consequentia. nam post a, tempus anima Antichristi necessario erit: & tempus post a, necessario erit. igitur & anima ipsa necessario erit. Secundo principaliter arguitur. de necessitate omne futurum erit: quodlibet contingēs est futurum. igitur de necessitate omne contingens erit: tenet syllogismus ex maiori de necessario & minori de inesse. .3. Tertio accipio aliquid contingens. uerbi causa. a, & signo omnes causas promouentes ad a, per ipsum b, & omnes impedientes ad a, per ipsum c: & arguo: aut erunt æque potentes, aut altera pollentior altera. Si ęque potentes, neutra pars erit, uel ambæ erunt. Si altera fortior, ea pars determinate erit. .4. Quarto, omne scitum à deo necesse est esse: sed omne contingens aut futurum est scitum à deo. igitur omne contingens necesse est esse. Tenet syllogismus ex maiori de necessario & minori de inesse. Maior patet, quia scientia est necessariorum primo posteriorum. Minorem omnes cōcedunt. .5. Quinto, ut sit illud futurum quod aliquando erit a. tunc hæc propositio est uera, a, erit. igitur ante instans in quo a, ponetur inesse: fuit hæc uera, a, erit. sit hæc propositio, a, erit b, tunc hæc est uera, b fuit uera, sed omnis propositio de præterito est necessaria. Igitur hæc propositio, b fuit uera, est necessaria. Sed b, significat illam, a erit. igitur necessario, a erit: & ita ut prius.

.6. Sexto, sit aliquod futurum a. & quæro uel id scitur à deo, uel non scitur. Non potest dici, quod non sciatur: quia cōtra omnes. Si scitur, aut potest esse quod a non sit, aut non potest esse. Si non potest esse: igitur necessario erit, per æquipollentiam. Si potest esse, quod non sit. igitur contingit ipsum non fore: ponatur quod non sit, cum omne possibile possit poni inesse. igitur scientia dei est deceptio.

.7. Septimo, aliquod sciens futura necessario erit. Igitur omnia necessario erunt. Probatur, quia non potest esse sciens futura, nisi futura necessario erunt.

.8. Octauo, lignum corrumpetur, igitur lignum erit. Antecedens est necessarium, igitur & consequens.

.9. Nono, cœlum necessario agit: & nullum agens hic potest illius actionem impedire: igitur actiones necessario erunt. Prima pars patet, saltem apud Aristotelem. Secunda declaratur: quoniam nulla causa potest impedire actionem alterius: nisi sit aut tantæ potentiæ, aut maioris. Modo nihil hic inferius est maioris, aut tantæ potentiæ, quantæ cœlū. Cum nec anima humana: quoniam illa est in minori magnitudine q̄ anima cœli.

.10. Decimo, speciatim arguunt de actionibus nostris. Quoniam omne necessario agens in ea, quibus actiones nostræ mutantur, actiones necessario mutat. Sed cœlum necessario agit in complexionem, qua anima ipsa in agēdo mutatur, ut in libro Physiognomiæ. & in primo de anima dicitur. Igitur ut prius.

.11. Vndecimo, pollentior est uirtus cœli, q̄ cuiusuis rei naturalis. Sed aliqua uirtus alicuius rei naturalis potest necessario animæ actiones mutare, ut humor in morbis, & uinum in ebriis. igitur & uirtus cœli.

.12. Vltimo, suppono quod cœli & stellarum motus, & lumina, & configurationes sint propter nos. Hoc omnes asserūt. Secundo peto media in finem esse frustra: quoties iis positis potest finis non esse, aut aliter esse. Tunc arguo, sit una cœli constitutio quæ protendat Socratem esse impium, aut igitur necessario erit, aut potest non esse. Si primum, habetur propositum. Si secundum tunc medium in illum finem erit frustra.

Pō Stoicorum. In isto quæsito est multorum stoicorum positio, quæ ait omne contingens necessario fore. Vnde in rebus duas statuunt naturas, necessariam, uidelicet & impossibilem. necessariam quidem, quia omne quod est, necessario est, & omne quod erit uel potest esse, necessario erit impossibilem uero, quia quod non est, impossibile est esse: & quod non erit, impossibile est fore.

Motiua Stoicorū. Mouentur autem potissimum, quoniam omnia continentur in ordine secundarum causarum, quod fatum uocant. Et hic ordo in prouidentia siue dei præscientia. Modo non

do non

do non uident, quonam modo cum fati necessitate, & dei prouidentia, stare posset contingentia. Hinc concludunt finem esse stabilitum, & media in finem etiam. Propterea nos non consultamus, quia potest sic & bene finis euenire. Sed si bonus finis est constitutus in fato atque prouidētia, bonam consultationem præcedere necesse est. Huius positionis uidentur multi Astronomi, ut Hermes uetustissimus autor, Neocepsus quoque & Petosiris, & de nostris Maternus, atque Manilius. De exteris Albumasar, & plurimi Mauri. Setirion Posidonius, atque Pherenicius. Huius quoque uidetur & Cicero in libro de diuinatione. Lucius quoque Apulleius Hermetis sectator in his quæ scribit de natura deorum. Seneca in tragœdiis. Ouidius. Tu sola dicens insuperabile fatum, nata mouere potes. Maro. Manent immota tuorum fata tibi, & in sexto. Desine fata deum flecti sperare precando. Huius præterea positionis plurimi philosophi fuere, ut Democritus, Heraclitus, Empedocles, & multi Epicureorum.

Autores.

2. positio. Plato uero in Timæo ait, nihil esse uel fore necessarium, nisi deum. Nam cum omnia dependeant à diuina uoluntate, & illa sit penitus libere & contingenter agens, etiam omnia ab illa penitus contingenter proficiscuntur. Huius positionis sunt nostri theologi, & in illa omnis sana concordat positio, Dicimus enim esse in rebus simpliciter necessarium deum solum. Cætera esse absolute contingentia: esse tamen quædam necessaria ex suppositione, non negamus.

3. positio. Alii quasi inter hæc mediantes distinguunt. Nam affectus quidam sunt, quorum causæ totales atque principales sunt corpora cœlestia, ut ortus syderum, decursus stellarum per duodecim signa, configurationes, eclipses, & id genus: & hos effectus necessario euenire autumant. Alii sunt effectus, ad quos stellæ non principaliter concurrunt, sed dispositiue, & hi non una ratione sunt, quia ad alios principaliter concurrit natura, ut motus elementorum, stirpium, & animalium: & id genus, & huiusmodi etiam necessario eueniunt: ad alios uero concurrit uoluntas, ut actiones nostræ: & ad harum euentum concurrunt cœli afficiendo atque disponendo. Sed cum nos simus illorum domini: tandem contingenter è nobis proficiscuntur: et breuiter aiunt, ꝙ rebus existentibus, & ad imaginationem ablata omni uoluntate & humana & diuina: omnes euentus necessario aguntur atque fient. Huius sententiæ Crisippus Tarsensis, Cleontis auditor in libro de fato, quem ætate. 80. annorum scripserat, esse uidetur.

Pō peripatheticorū. Peripathetici uero naturam rerum in tres diuisere: nam aliam dicunt necessariam, ut cœlestium & diuinorum, & eorum omnium quæ materiæ & contrarii sunt expertia. Aliam impossibilem, ueluti eorum quæ non sunt, nec in uiribus cōtinentur causarum, ut Hyppocentauri, & id genus. Aliam uero contingentem inter hæc mediam, quæ si æqualis sit ad utrunque contingens reddit infinitum: si ad alterum magis apta, contingens facit natum. Horum contingentium duæ sunt causæ: materia uidelicet ipsa, quæ est causa uniuersalis omnium contingentium. Atque uoluntas humana saltem actionum nostrarum per se, multorum aliorum per accidens. nam licet actiones animalium & rerum naturalium sint determinatæ, cum proficiscantur à natura illorum, ut uero subduntur humanæ uoluntati, contingentiam subeunt. Qua ratione fit, ut sublata uoluntate nostra & dei, adhuc in rebus potest esse contingētia quæ proficiscitur à materia. Nam licet unumquodque in sui actionem sit limitatum, tamen propter concursum pluriū causarum adhuc potest euentus contingens esse.

Difficultas. Ea uero quæ peripatheticis quæstionem maximam faciunt, sunt duo. Primum, quomodo cum rerum contingentia stat prouidentia diuina, cum illa sit non nisi necessariorum. Secundo, quomodo stare potest cum necessaria cœli causualitate.

Positio di uer. Ad quæ Auerroes in multis locis respondens. Primum euitare enititur per hæc ꝙ deus prouidentiam rerum non habet particularem, cum cognitio particularium sit extra scientiam & doctrinam: sed rerum prouidentiam habet uniuersalem aliqua ex parte, sub quo sane modo necessitatem habent. Secundum uero euitat, quoniam cœlum solum causam uniuersalem per sui lumen, & motum rerum dicit: nam res ipsæ suis à proximis causis proficiscuntur è cœlo uti ab uniuersali causa.

Cōfutatio Sed hæc quæ dicit sunt confutata à nobis in multis locis libri, destructio destructionum. Et arguitur nunc deus est causa entis, ut ens. igitur omnium modorum entis, sed modi entis sunt necessarium & contingens, ut 5. Metaph. habetur. Igitur causa entis contingentis & necessarii. Igitur cum dei causalitate stat contingentia. Quo uero ad cœlestem causalitatem arguo. Nam anima quæ nulli corporeæ impressioni subditur potest disponi ad contrarium, & non sequi naturam illius dispositionis: modo rationalis anima nulli impressioni corporeæ subditur. Igitur potest disponi à cœlo, & illius dispositionis eligere contrarium. Qua ratione cum causalitate cœli stat contingentia actionum nostrarum. Hinc patet, ꝙ triplex sit natura uidelicet necessaria, quædam penitus contingens, quædam impossibilis. Propositiones necessariæ in natura sunt necessaria, uelut de necessitate sol exoritur. Propositiones contingentes sunt in natura contingenti, quæ si exierint ad actum, propositiones erunt de inesse: si non exierint ad actum, sunt de contingenti. Propositiones uero impossibiles in natura sunt de impossibili. Huius positionis fuit Ptolemæus omnium mathematicorum princeps in prœmio librorum apotelesmatum, ubi pluribus rationibus probat fatum, quod in stellarum constitutionibus consistit, rebus non necessitatem imponit, sed afficit ad alteram contingentis partem.

Tunc ad rationes. Ad primam sorticolæ tenēt animam Antichristi post, a, instans adhuc contingenter esse. Nam quod semel est contingens, semper est contingens, perpetuari tamen ea fatentur uoluntate diuina, ut Plato etiam in Thimæo ait. Alii peripathetici tenēt animam Antichristi post, a, necessario esse, & ita concedunt animam Antichristi aliquando necessario esse, non tamen ualet, igitur necessario erit, cum arguatur, a, secundum quid ad simpliciter. Vlterius ad secundam concedunt sorticolæ tempus in quo erit anima Antichristi necessario aliquando fore nō tamen animam Antichristi fore necessario, quoniam in illo tempore quandocunque erit, anima illa contingenter erit. Ad secundam principalem respondet Auerroes, & etiā Ioannes grammaticus. 1. priorum, ꝙ ex maiori de necessario & minori de inesse, conclusio fit de necessario conditionato, quo modo concedo, ꝙ omne contingens erit necessario inquantum futurum, ueluti ualet de necessario, omne currens mouetur. Socrates currit, igitur de necessario Socrates mouetur inquantum currit, hæc res satis disputata est in libro priorum. Ad tertiam respondent sorticolæ casum esse impossibilem, quoniam non possunt accipi omnia quę possunt impedire, nec omnia quæ possunt promouere ad aliquid fore, cum illa sint infinita. Ad quartam dicendum ut ad secundam, erit enim conclusio de necessitate conditionata, uidelicet, ꝙ omnia futura necessario erunt ut præscita, quæ absolute non necesario erunt. Ad quintam dici potest, ꝙ omnis de præterito est necessaria, cuius ueritas non dependet a futuro, ut est in proposito. Ad sextam sorticolæ concedunt prædestinatum posse damnari, non tamen posse prædestinatum damnari, nam prima est in sensu diuiso, quæ non debet poni inesse, secunda uero de sensu composito, quæ requirit ueritatem momētariam. Theologi concedunt prædestinatum posse damnari, & quando dicitur ponatur inesse, non admittunt, quia repugnat posito. Positum enim est fuisse prædestinatum, cui repugnat ipsum damnari, non enim captiunculatores aiunt omne possibile est, aut admittendum, aut concedendum, sed solum cum non repugnat posito. Alii peripathetice magis aiunt, omne possibile per se debere & posse poni inesse, per accidens tamen nonnunquam poni non potest, ueluti in casu, ubi præcessit obligatio illius oppositi. Algacel uero maximus inter arabes melius satisfacit & ad rem, asserit enim deum prouidere, & præscire cuncta uentura, sed sua scientia est talis, ut non rebus necessitatem ponat, nam ut deus scitur quid non est. ita scitur quomodo non scit nos, scit enim ꝙ deus non scit nos, modo quo scimus res, nam scientia nostra est ex necessariis, & de necessariis: scitur autem ꝙ scientia dei non est modo nostro. sed quomodo sit, est nobis ignotum, & per consequens ignotum nobis est quo modo cum dei pręsciā stat euentuum contingentia. Tunc ad punctum dico, ꝙ deus præsciuit quicquid erit de



Socrate,& tamen non sequitur,ꝙ necessario omne illud erit. modus uero quo illud fieri potest, est nobis ignotus,sed dices scientia dei est perfectior, igitur magis ex necessariis & de necessariis. negatur consequentia, quoniam scientia quæ est necessariorum & contingentiũ est amplior & perfectior,cum sit multorum quàm illa quę est necessariorum tantum. sic igitur secundum uirum istum asserendum est, deum præscire cuncta,modus uero quo est ignotus,& si adhuc cauillabis deus præscit Socratem beandum, aut igitur Socrates potest damnari,aut non. dico, quod potest damnari,& potest non damnari,& cum dicitur ponatur inesse uolo esse positum,non tamen sequitur, igitur scientia dei est deceptio,quoniam illa præscientia fuit cum utroque. Esset enim deceptio si fuisset alterius tantum. Modus uero quo illa prescia sit utriusque,& alterius,est ultra captum humanum. Ad septimam concedunt sorticolæ, aliquid ens sciens futura necessario esse & fore, accipiendo ipsum formaliter,non tamen inquantum scit futura. Ad octauam concedunt,aliquid esse necessario corruptibile, quod necessario non erit,ut Antichristus, qui nunc contingenter erit,& tamen necessario erit corruptibile, nec repugnant. Ad nonam dicendum,ꝙ anima potest impedire actionem cœli,non quia sit maioris uirtutis,neque æqualis, sed quia illi improportionata. Ad decimam dico,ꝙ cœlum potest dupliciter agere in hominem. uno modo ipso adhuc permanente debito instrumento pro actionibus suis, & ita cœlum non agere potest in homine nisi contingenter. alio modo destruendo instrumenta pro actionibus, & ita non est priuare arbitrium, sed corrumpere instrumentum agendi. Per idem patet ad undecimam. Ad duodecimam solutio patet,sunt enim stellæ motus, & configurationes propter nos fine secundario, nec inconuenit illa esse frustra respectu finis secundi. Cum tamen sint adhuc propter finem primum, Præterea multæ sunt actiones,quæ euitari non possunt,ut generatio & corruptio,& propterea non sunt frustra. Qua ratione patet cum cœli causualitate, & dici præscia posse stare euentuum contingentiam, quam Auerroes ignorauit. Primi de interpretatione finis.

ARISTOTELIS DE INTERPRETATIONE LIBER SECVNDVS, *Augustino Nipho interprete & expositore.*



QVONIAM autem affirmatio est enuntiatio aliquid de aliquo significans: hoc autem est aut nomen, aut nomine uacans: unum uero & de uno id in affirmatione esse oportet, dictumq; est antea, quidnam sit & ipsum nomen, & quid etiam nomine uacans. Ipsum enim non homo: nomen quidem non dico, sed indefinitum nomen. Vnum enim quoddammodo indefinitum nomen significare uidetur: quẽadmodũ et non ualet, nõ uerbũ, sed indefinitum uerbũ appello: erit igitur affirmatio omnis atq; negatio, aut ex nomine et uerbo, aut ex indefinito nomine et uerbo.

Com. 1. EXPOSITORES latini omnes hic secundum de interpretatione librum constituũt. In quo expositor Thomas Aristotelem de enuntiatione agere asserit, quatenus per aliquid sibi additum determinatur. Nam in primo de enuntiatione absolute actum est, Alii uolunt Aristotelem de æquiualentia,& conuersione,& concordantia enuntiationum pertractare. Sed quicquid sit de intentione libri, in græcis codicibus hic non librum secundum constitutum adinueni. nam Aristoteles hunc librum non per partiales libros diuisit,sed per particulas, in quarum qualibet propriam adiecit intentionem. nos uero & more latinorũ per libros,& more Aristotelis per particulas ipsum diuidemus quando occurrit. Aristoteles igitur in hac parte talem proponit conclusionem. omnis affirmatio aut negatio ex nomine constat & uerbo siue finitis, siue infinitis. Et ita uerba literæ ad unum syllogismum sic resoluuntur. omnis enuntiatio aliquid de aliquo significans, ex nomine constat & uerbo finitis uel infinitis. omnis affirmatio uel negatio est enuntiatio significans aliquid de aliquo. igitur omnis affirmatio uel negatio ex nomine constat, & uerbo finitis uel infinitis. Huius syllogismi primo sumpsit minorem dicens, quoniam autem affirmatio est enuntiatio aliquid de aliquo significans, hæc est minor, quæ suspensiue lege debet usque ibi. {Erit igitur affirmatio,} Maior uero ex descriptione enuntiationis supposita est. Animaduersione tamen dignum nonnunquam propositiones accipi in oratione necessaria inutiles quidem ad syllogismũ, ad aliquid tamen commodas ut ad prosyllogismum, aut ad occultationem, ut inquit Philoponus, nonnunquam ad terminorum expositionẽ, qui in syllogismo aut prosyllogismo ponuntur. Interdum uero ad ornatum, ut rhetores agunt, aliquñ ad cauillos fieri possibiles & ꝑ alias cãs. Arist. igitur in his quæ hic ait multa accepit inutilia, & ad syllogismũ & ꝓ syllogismũ, sunt tñ addita ut termini maioris & minoris, nec nõ conclusionis, intelligant. Propterea declarãs quid ꝑ aliquid de aliquo dicere uelit, qđ in maiori & minori accepit, quidue ꝑ nomẽ & uerbũ finitũ & indefinitũ intelligat in cõclus. inquit hoc aũt. i. id qđ de aliquo dr̃, est aut nomẽ, aut noĩe uacãs, qđ græce est ἀνώνυμον. Tale uero siue nomẽ siue anonymõ esse oportet unũ de uno tã in affirmatione, q̃ negatione, subaudi si enũtiationis unitas sit saluanda, & quasi sese excusans, inq̃t, Dictũ ꝙ est antea, quidnã sit ipm nomẽ, quidq; anonymõ, qđ in exẽplo repetit dicẽs. Ipsum .n. nõ hõ, nomẽ quidẽ nõ dico, sed ἀόριστον, hoc est, indefinitũ, siue infinitũ: siue interminatũ. Sed q̃a dixit id qđ dr̃ de alio, & id de quo aliud dr̃ debere esse unũ, hoc quasi exponit dicẽs. Vnũ .n. nõ simpliciter, sed quodãmõ quo ad unitatẽ significatus indefinitũ nomẽ significare ur̃. Similiter aũt & nõ ualet, nõ uerbũ, sed indefinitũ uerbũ appello. hęc sunt præmissa ad terminorũ expõnẽ, q in syllogismo sunt, quibus addit syllogismi cõclusionẽ, & inquit. Erit igit̃ affirmatio oĩs atq; negatio, aut ex noĩe & uerbo, aut ex indefinito nomine & uerbo. Hæc est conclusio.

Absque autẽ uerbo nulla est affirmatio, atq; negatio ulla. Ipsum .n. est, aut erat, aut erit, aut fit, atq; alia id genus uerba ex numero sunt eorum quæ dicta sunt. Consignificãt enim tempus, quare prima affirmatio atque negatio erit, est homo, non est homo, deinceps est non homo. non est non homo, rursus est omnis homo non est omnis homo: Est omnis non homo. non est omnis non homo. Et in temporibus quæ extrinsecus sunt, eadem est ratio.



Quia

Com. 2. Quia enuntiationem cõstare ex nomine nemo dubitat: cum nomen sit enuntiationis principalissima pars è qua & uerbum & enuntiatio ipsa fere tota proficiscitur, ad denotãdum, uerbum ad enuntiationem nõ minus necessarium esse, ait {Absque autem uerbo nulla est affirmatio atque negatio ulla.} Insuper ne quis credat illud solum de uerbo præsenti esse intelligendum: ad cætera tempora animaduertẽs inquit. Ipsum enim est de præsenti, aut erat siue fuit de præterito, aut erit de futuro, aut fit in contingentibus atq; alia id genus uerba similium temporum, aut personarum ex numero sunt eorum quæ dicta sunt in libro. 1. esse necessaria enuntiationi. Quia dixerat enuntiationes fieri ex nomine & uerbo & ex anonymo & uerbo uacante: quis inter has sit ordo in oppositionibus subscribit, & inquit. quare (ut uno uerbo utar) enuntiationes de uerbo & nomine priores sunt eis, quæ sunt de anonymo & uerbo uacante. Sunt enim illę simpliciores: hæ uero p additionẽ dictæ. Et quæ dicit patẽt.

Debes scire quod subticuit exempla in particularibus & singularibus. In particularibus quidem: quoniam hæ cum indefinitis coincidunt in uirtute. In singularibus uero, quoniam per quantitates non uariantur. Rursus prætermisit exempla in enuntiationibus de prædicatis nominibus uel anonymis, & de subiectis & prædicatis simul nominibus & anonymis, quia iudicium est idem. Amplius exempla tacuit cæterorum temporum: quia ut inquit ipse, ratio eadem est in omnibus.

Ambigunt expositores quanta sit indefinita de subiecto aoristato siue indefinito, ut non homo est. Antiqui peripathetici opinabantur illam & cæteras id genus, uniuersales esse affirmationes. Quorum erat potissima ratio: quia contraria contrarios effectus derelinquunt circa idem. Sed finitudo nomini finito addita: ut in illa, homo est, ponit pro certo constitutoq; supposito determinationem, igitur infinitudo nomini addita derelinquet infinita supposita. Aristoteles autem in exemplo pręsentis textus contrarium sentit, ut aperte patet, ideo secundum Philoponum in prioribus dici potest, quod relinquere infinita potest esse sub indifferentia, uel (ut sorticolę dicunt) sub disiunctione, & hoc modo non facit ad uniuersalitatem. Alio modo sub illatione sorticolæ aiunt, sub copulatione: & hoc modo ad uniuersalitatem facit. Primo modo infinitudo illa in nomine ipso aoristato relinquitur. Et non secundo modo: & ita non uniuersalem sed indefinitam adhuc illa enuntiatio uim detinet.

PARTICVLA TERTIA.

QVVM autem ipsum est tertium adiacens prædicatur, dupliciter iam oppositiones dicuntur. Dico auem, ut est iustus homo, ipsum est tertium adiacere dico nomen aut uerbum in affirmatione.

Com. 3. DOCVIT multiplicare enuntiationes de secundo adiacente solum per unam oppositionem: nunc docet multiplicare enuntiationes de tertio. Exponit tamẽ primo, quid sit propositio siue enuntiatio de tertio, quam Auerroes trinariam uocat, & inquit. Cum autem ipsum est tertium adiacens prædicatur, dupliciter iam oppositiones dicuntur, hoc est, duæ esse possunt oppositiones, altera quidem penes uerbi affirmationem & negationem, altera penes prædicati finitudinem & infinitudinem. Exponit quod dixerat per exemplum, & inquit. Dico autem, est iustus homo, ipsum est tertium adiacere dico nomen, idest tertiam dictionem, aut uerbum, ut est secundum ueritatem.

Debes scire primo, ꝙ in enuntiationibus de secundo adiacente, attenditur una oppositio penes uerbi affirmationem & negationem. ut est homo, non est homo. Hæ enim una oppositione opponuntur, uidelicet qualitate uerbi. In enuntiationibus uero de tertio, possunt fieri duæ oppositiones: una penes uerbi qualitatem, altera penes prædicati finitudinem & infinitudinem, unde in his, est iustus homo, nõ est non iustus homo, duæ oppositiones sunt. vna ad ipsum uerbum, altera ad prædicatum.

Secundo debes scire, quod ipsum est adiacet tertium nomen, aut uerbum in enuntiatione: quoniam potest accipi ut dictio: & tunc ipsum est, ut dictio tertia adiacet: potest accipi ut uerbum, & est secundum ueritatem: & ipsum est, tertium uerbum uidetur dicere.

Tertio debes scire, ꝙ more græco semper ponitur uerbũ primo loco, deinde prædicatum, demum subiectum, ut est iustus homo: uerbum, est ipsum est: prædicatum, ipsum iustus, subiectum uero, ipsum homo. Hoc autem græci faciũt, quia præcipuum prædicatum est uerbum, ideo primo in loco statuunt, prædicatum est ante subiectum, ideo secundo loco. Alii melius etiam dicunt ꝙ ipsum est, primo ponitur loco, quia est capax omnis determinationis. Secundo ponitur prædicatum, quod est minus uerbo determinationis capax, & magis ipso subiecto, ultimo subiectum tanquàm summe determinatum.

Quare ob id ipsum quatuor erunt hæc illa.

Concludit enuntiationum multiplicationem, & inquit. Quare ob id ipsum quatuor erunt hæc. Nam cum sint duę oppositiones quælibet oppositio ad minus duas requirit, igitur si primæ erunt duæ, hæc erunt quatuor. Com. 4.

Sed dices, quid demõstrat illud uerbum illa, cum ait, quatuor erunt illa. Videtur enim, ꝙ non sunt nisi duę, nam hę duæ sunt, est iustus homo, non est non iustus homo, quę tamen duplici opponuntur oppositione, igitur non quæcunque opponuntur duplici oppositione, sunt quatuor.

Secundo dices, ꝙ erunt sex, duæ oppositione uerbi, duæ oppositione subiecti per finitum & infinitum, duæ oppositione prædicati similiter, ut est iustus homo, non est iustus homo, item oppositione subiecti, ut est iustus homo, nõ est iustus non homo, oppositione uero prædicati, ut est iustus homo, non est non iustus homo.

Ad primum dici potest, ꝙ illud uerbum, illa, siue hæc, demonstrat quatuor enuntiationes, quæ seorsum opponũtur ut illas est iustus homo, non est iustus homo, est non iustus homo, non est non iustus homo.


Ad secundam dico, ꝙ Aristo. non habet cõsiderationem ad subiectum, sed solum ad prædicatum uidelicet formale, quod est uerbum est, & materiale quod est oppositum uerbi, ideo multiplicauit quatuor tantum.

Harum quidem duæ ad affirmationem & negationem se habent secundum consequentiam, ut priuationes. Aliæ uero minime.

Circa expositionem huius loci non paruæ extitere expositiones apud gręcos. Aliter enim hunc locum Ammonius aliter Herminius, aliter Porphyrius intelligit. Ego uero faciliorem sensum colligens, non aliter exponam hunc locũ quàm sese Aristot. interpretetur in fine primi Priorum. Com. 5.

Primo igitur debes scire, ꝙ terminorum quidam opponuntur priuatiue, ut iustum iniustũ, æquale inæquale, probum improbum, doctum, indoctum, & id genus. In his quatuor per oppositionem eriguntur enuntiationes. Prima est affirmatiua recta, est æquale, huic negatio recta est illa, non est æquale. Tertia est affirmatio transposita, est inæquale, huic opposita negatio est illa, non est inæquale.


Figura priuationum.



In

In his est talis ordo, ut negatio recta ad affirmationem transpositam sequatur. nam ad esse inæquale, sequitur non esse ęquale. Et negatio transposita ad affirmationem rectã, similiter sequitur: ut ad esse æquale sequatur non esse inæquale. Sic igitur harum quatuor negationes sequũtur: Affirmationes uero minime. Vlterius debes scire, ꝙ etiam sunt termini qui opponuntur infinitiue: ut iustum, non iustum: æquale, non æquale: bonum, & non bonum: & id genus. In ijs etiam quatuor aliæ fiunt similes priuationibus, affirmatio quidem recta est, ut est iustũ. huic negatio opposita erit, non est iustum. Affirmatio trãsposita est non iustum, huic negatio opposita erit, non est non iustum.

Figura infinite oppositarum.



Harum quidem negationes sequuntur ad affirmationes, ut dictum est in priuationibus, modo transposito: uidelicet, ad affirmationem rectam sequitur negatio transposita: ut ẽ iustum, igitur non est non iustum. Et ad affirmationẽ transpositam negatio recta sequitur: ut est non iustum, igitur non est iustum. econtra uero, minime, inquit. Harum quatuor, quę dictæ sunt, duæ ad affirmationem & negationem se habent secundum constantiam, ut priuationes, hoc est, illarum quatuor infinitiue oppositarum, duæ sequuntur ut negationes ad affirmationes modo transposito ut diximus in his quæ priuatione opponuntur: duæ uero ut affirmationes, minime sequũtur ad negationes: quemadmodum nec in priuatione oppositis. Quasi uelit dicere ꝙ ad affirmationem rectam se habet ita negatio transposita, ut sequatur illa. Ad negationem uero rectam affirmatio transposita ita se habet, ut antecedat: & non sequatur.

Regulæ. Hic notant iuniores quatuor regulas, quas in prioribus diximus, & dicemus passim, prima: ex affirmatione recta sequitur negatio transposita, hoc est, ex affirmatione de prædicato finito, sequitur negatio de prædicato infinito, ut est æquale, igitur non est non æquale.

Secunda Secunda ex affirmatione transposita sequitur negatio recta, ut est non æquale, igitur non est æquale.

Tertia Tertia ex negatione recta non sequitur affirmatio transposita nisi cum subiecti constantia, quia non ualet, non est bonum, igitur est non bonum.


Quarta. Nam centaurus non est bonum, quia tantum falso dicitur est non bonus.

Vltima: ex negatione transposita non sequitur affirmatio simplex recta, quia non ualet non est nõ bonum: igitur est bonum. Nam centaurus non est non bonum, quia tantum falso fertur, centaurus est bonus nisi subiecto constante. Hæ regulæ fundantur in contradictione, etiam ad ipsas non est instare, ideo sunt optimę.

Dico *autem ipsum est, aut iusto, aut non iusto adiacere: quare etiam negatio. Igitur quatuor erunt.*

Posset cauillator dicere Aristoteli ꝙ hæc est affirmatio: ẽ iustum, cuius negatio erit, est non iustum, & ita non erunt quatuor, cum non differant, est non iustum, & non est iustum. Respondet, dico autem ipsum est in illis ambabus: aut iusto adiacere, & inde facere affirmationem hanc est iustum. Aut adiacere non iusto: & ita etiam facere affirmationem transpositam hanc, est non iustum. Nam utrobique ipsum est, affirmatum manet. Propterea concludit, quare ẽt negatio, idest uerbum negatum, subaudi, potest adiacere uerbo utriusque illarum: adiacendo primo, fiet hęc, non est iustum, quæ negatio dicitur recta. Adiacendo secundo, fiet illa, non est non iustum. Igitur erunt quatuor, ut dictum est uidelicet: affirmatio & negatio rectæ siue simplices. Affirmatio & negatio trãspositæ siue per additionẽ dictæ. *Com. 6.*

Intelligamus autem id quod dicitur, ex ijs quæ hic subscribuntur. Est iustus homo, huius negatio, non est iustus homo. Est non iustus homo, huius negatio, non est non iustus homo. Hic enim ipsum est: & item ipsum non est iusto & non iusto adiacet. Hæc igitur sic posita sunt ut in resolutiuis dictum est.




Quod uerbum est adiacet iusto & non iusto per exemplum declarat: ubi patet ipsum est adiacere iusto, in hac: est iustus homo, & non iusto in illa: est non iustus homo. Itẽ & ipsum non est, similiter adiacere iusto in illa: non est iustus homo. Et adiacere non iusto, in illa: non est non iustus homo. Quæ ratio docet illas esse quatuor, & non duas tantum. *Com. 7*

Epilogus. Sic igitur patet, ꝙ habendo rationem ad prædicatum tãtum, possumus habere rationem ad prædicatum formale solum, ut in binariis: & ita erunt duæ oppositæ penes affirmationem & negationem uerbi. Habẽdo uero rationem ad prædicatum formale hoc est uerbum, & ad prædicatũ materiale hoc est appositum, erunt quatuor: duę simplices oppositæ penes uerbi affirmationem & negationem, quæ rectæ à peripatheticis nonnullis appellantur. Duæ compositæ penes utrunque prædicatum oppositæ, quæ transpositę dicuntur. Hæc de multiplicatione particularium, & de ordine earum inter se habemus ab Aristotele.

Similiter autem sese habebit, si nominis uniuersaliter fit affirmatio. Veluti omnis est homo iustus. Negatio huius: non omnis est homo iustus. Omnis est homo non iustus: non omnis est homo non iustus.

Hasto-

Diametræ.




Diametræ.

Com. 8. Hactenus de multiplicatione non uniuersalium, & de illarum oppositione atq; concordantia. Nunc de multiplicatione uniuersalium uult loqui.

Expositio Boetii. Boetius uir magnus forsitan auctoritate Alexandri, aut Porphyrii quos in parte plurimum sectatur, uidetur intelligere per affirmationem & negationem nominis uniuersaliter, simplices & transpositas penes prædicata tam contrarie, quàm contradictorie oppositas.

Boetij figura est.



Hæc enim apud Boetium se habent similiter ut dictum est in prima figura. Nam negatiuæ sequūtur affirmatiuas modo declarato in quibus possunt formari quatuor regulæ, ut in non uniuersalibus dictum est. Hæc expositio non placet: quoniam contradicit exemplo Aristotelis.

Cōfutatio Expositio Hermi. Amplius hæ essent sex, illæ fuerunt quatuor. Propterea melius cum Herminio phylosopho sentio, ꝙ Arist. per affirmationem & negationem nominis uniuersaliter uult contradictorias penes qualitatem & quātitatem: ut sunt omnis homo est iustus huic opposita, non omnis homo est iustus, omnis homo est non iustus, non omnis homo est non iustus, & tunc hæ numero quatuor erunt: & quo ad concordātiam etiam similes sunt illis non uniuersalibus.

Debes scire, ꝙ etiam has multiplicauit solum penes prædicatum subiecto semper existente, ut in primis non uniuersalibus, finito.


Verum quæ per diametrum opponuntur, non contingit similiter ueras esse simul. Sed contingit quandoque.

Nunc differentiam tangit inter non uniuersales & uniuersales. Sed laborauerunt ueteres, ꝙ Aristoteles per angulares intelligat, quod græce est κατὰ διάμετρον. i. per diametrum oppositæ; quos non possum non mirari, cum tantum laborauerint, cum res ipsa sit cognitu facilis. Com. 9.

Ideo debes scire, ꝙ per diametrum oppositas uult ea quę opponūtur qualitate prædicatorum sola. Et sic hæ per diametrum opponūtur, omnis homo est iustus, omnis homo est non iustus. Aliæ diametræ sunt, non omnis homo est iustus, non omnis homo est non iustus, inquit. Verū quæ per diametrum opponuntur: non contingit similiter esse, simul ueras tam superiores quàm inferiores, ut erat in non uniuersalibus: ubi tam diametræ inferiores erant simul ueræ. Sed contingit quandoque, idest sed contingit solum in aliquibus, utpote in diametris inferioribus: hę enim stant simul, non omnis homo est non iustus, & non omnis homo est iustus. Nam prima ualet hanc, aliquis homo non ē non iustus. Secunda ualet illam: aliquis homo nō est iustus: modo hæ stant simul. Nam prima uerificatur pro Socrate iusto. Secunda pro Phalaride impio. Propter quod illud uerbum græcum ποτέ, quod latine est aliquando, siue quandoque, siue interdum, hic sumitur pro aliquibus. Hæc uidetur expositio Herminii etiam.

DE PROPOSITIONIBVS ex infinitis subiectis.


Æ quidem igitur duæ inter se oponuntur. Aliæ uero duæ sunt, cum non homo tanquam subiectum quoddam accipitur. Vt est iustus non homo: non est iustus non homo: non est non iustus non homo: est non iustus non homo, atque plures his oppositione non erunt. Hæ uero seorsum ab illis: ipsæ per se ipsas erunt: modo non homo tanquam nomine utantur.



TERTIO docet multiplicare enuntiationes de tertio adiacente penes subiecti infinitudinem. Vnde hæ a primis non differunt nisi quod in illis semper subiectum finitum seruabatur, in his autem semper infinitum. De uerbo uerò & prædicato uerbi agendum est ut in primis. Com. 10.


Epilogat igitur & inquit. Hæ igitur duæ inter se opponūtur, hoc est, duas esse oppositiones semper subiecto existente finito patet, aliæ uerò duæ sunt, subaudi, subiecto semp existente infinito, quarum exempla in figura ponit, & sermo patet.

Tunc quasi epilogando, & ponendo differentiam inter has, ubi semper subiecti infinitudo seruat: & illas ubi subiecti finitudo semper aderat, inquit. Atque plures iis oppositiones non erunt: quoniam duæ in primis seruata finitate subiecti: duę in his seruata infinitudine. Differunt autem hæ ab illis: quia hæ seorsum sunt ab illis, quia semper in his seruatur subiecti infinitudo, illis uerò finitudo. Et propterea hæ sunt aliæ ab illis differentia subiectorum: & erūt hæ

inter


inter se ita quo ad consequentiam & oppositionem ut primæ, modo non homo tanquam nomine siue subiecto utātur, hoc est dummodo semper subiecti seruetur infinitudo. Et dixit tanquam nomine, quia nomen infinitum non est nomen, sed uicem nominis tenet.

Differentia enūtiationum. Debes scire, ꝙ hæ sunt disparatæ a primis. primo, differētia subiectorum, ut dixi. secundò, quia negationes harum non sequuntur affirmationes illarum: propterea se habent inter se ea oppositione, eo ordine, quibus & primo se habebant. Et ut multiplicauit enuntiationes non uniuersales: ita potes & uniuersales multiplicare, quarum exemplum est.



Hæc sunt quæ Aristoteles dixit de multiplicatione enūtiationum ubi uerbum ipsum est, prædicatur aut secūdum aut tertium adiacens.

Quibus uero non accommodatur ipsum est, ut cum hæc ponuntur, ualet, & ambulat. In his idem facit hoc modo positum, ac si ipsum est adderetur, ut ualet omnis homo: non ualet omnis homo, ualet omnis non homo, non ualet omnis non homo.



Docuit multiplicare enūtiationis de uerbo ipso est. Nūc docet multiplicare illas in quibus non ipsum est ponitur: sed cętera uerba adiectiua, ut in quibus ponuntur hæc uerba, ambulat & ualet: & inquit. Quibus uerò non accommodatur ipsum est, cum hęc ponuntur, ualet & ambulat. In iis idem facit hoc modo positum, ac si ipsum est adderetur, ut per exempla ostendit.

Animaduersio circa litteram. Debes scire, ꝙ in his uariatio est penes subiecti finitudinē & infinitudinem: quia, ut dicetur, penes ipsum uerbum ob seruari nō potest. Rursus licet in his duæ oppositiones fiāt, quatuor quoque enuntiationes quemadmodum in illis: nō tamen simili modo hæ se habent secundum ordinem & consequentiam. Nam negatiuæ suppositæ non sequuntur affirmationes simplices. Non enim sequitur, omnis homo ualet. igitur omnis non homo non ualet, quia contradictorium consequentis, aliquis non homo ualet, stat cum antecedente: potest enim ualere equus aliquis non homo. Nec sequitur omnis non homo ualet, igitur omnis homo non ualet. Potest enim antecedens esse uerum, & consequēs falsum, & ita hæ se habent simili modo cum illis quo ad multiplicationem atque oppositionem, non autem quo ad ordinem & consequentiam.

Expositio aliquorū. Sunt qui dicant ꝙ Aristoteles comparat has ubi adiectiua uerba opponuntur enuntiationibus, ubi ipsum est secundum adiacens prædicatur: & tunc sensus est apud eos, quibus uerò non accommodatur ipsum est, ut cum hæc ponūtur, ualet & ambulat. In his idem facit hoc modo positum: ac si ipsum est adderetur. Et ita uolunt enuntiationes tales esse ueluti illas ubi ipsum est secundum adiacens prædicatur: quo uidelicet ad enuntiationum numerum, oppositiones & consequentias. Et ita iste sermo non trinariis: sed binariis similis est.

Cōfutatio Hæc expositio puerilis est & friuola. Aristoteles enim cœpit de trinariis loqui, ut nunc redeat ad binarias transgressio esset. Propterea malo errare cum Ammonio, qui textū comparatiuum facit nō ad binarias: sed ad proxime dictas. Hæ enim, homo ambulat, homo non ambulat, non binariæ apud græcos habentur, sed trinariæ, erit igitur comparatio solum quo ad numerum & oppositiones, quo uerò ad ordinem minime. Erit etiam dissimilitudò: quia his in enūtiationibus subiecti attenditur uariatio: in illis secus, ut dictum est. De multiplicatione uerò omnium infinitum perquirere doctissimum Syrianum Philoxenum, qui subtili ratione omnes collegit, atque in numerum & normam redegit.

Non enim dicendum est non omnis homo, sed τὸ ὂν τὴν ἀπόφασιν τῷ ἀνθρώπῳ ipsum non ipsi termino homo addendum est. Ipsum enim omnis non uniuersale significat, sed quoniam uniuersaliter: quod quidem ex ijs patet, ualet homo, non ualet homo, ualet non homo, non ualet non homo. Hæc enim ab illis differunt: ex eo quia non sunt uniuersaliter. Quare ipsum omnis aut ipsum nullus nihil aliud significant quam nominis uniuersaliter affirmationem aut negationem, igitur cætera id genus addi oportet.

Com. 13 Circa dicta fortasse ambiget iunior: utrum negationis nota, uidelicet, ipsum non, sit addenda ad ipsum omnis, an ad ipsum homo. Si debeat enuntiatio reddi infinita siue, de subiecto aoristato. Et fortasse arguetur quod sic, uniuersale potest aoristari infinitariꝗ, sed ipsum omnis siue ipsum nullus sunt uniuersalia, igitur possunt infinitari, & ita illis addenda erit negationis nota. Respondet, quod si enuntiatio debeat reddi aoristica siue de subiecto infinito, negationis nota non ad ipsum omnis addenda est, sed ad ipsum homo, inquit. Non enim dicendum est non omnis homo si enuntiatio, uidelicet, ipsa aoristica fieri debeat, sed ipsum non ipsi termino homo addendum est: & tunc erit enuntiatio aoristica de subiecto infinito. Ad cauillum respondet quod ipsum omnis, non est uniuersale, sed uniuersaliter significat, siue est uniuersalis prædicationis nota. Et tunc minor cauilli falsa erit, inquit. Ipsum enim omnis, nō uniuersale significat, sed quoniam uniuersaliter cōsignificat, estꝗ uniuersalis prædicationis nota. Et hoc declarat exemplis, & inquit, ꝙ quidam ex ijs patet, ualet homo: non ualet homo, ubi ambæ sunt simplices, ob ipsum terminum homo,

non

non ualet non homo:ualet non homo,quæ sunt aoristicæ, quia terminus homo aoristatus existit in illis, hæc enim ab illis differunt ex eo,quia non sunt uniuersaliter,& per consequens ut in his aoristatio penes terminum homo habetur ita in uniuersalibus uniuersaliter.ideo infert. Quare ipsum omnis aut ipsum nullus,nihil aliud significat quam nominis uniuersaliter affirmationem aut negationem, igitur cætera his similia id genus addi oportet cum his duobus,& dicere de illis ut de his,quod aoristari non possunt.

1.Dubita. Sed circa hæc dubitant,an uerbum in oratione aoristari siue infinitari possit.

1.positio Quidam Græcorum expositorum dixerunt uerbum aoristari posse in oratione. Primo,quia tunc non posset aoristari participium,cum nihil aliud sit participium quam uerbum resolutum siue deriuatum,ut Auerroes dixit in paraphrase primi huius. Secundo, si uerbum est & finitum & infinitum:ubi in oratione non aoristaretur,frustra diceretur infinitum.Tertio,Plato in quodam dialogo uolens probare,quod sensus non attingit ueritatis notionem sic syllogizat.Sensus non contingit rationem substantiæ, quod nō contingit rationem substantię,nec ipsius ueritatis notionē contingit.Sensus igitur ueritatis non contingit notionem. Modo uidetur ex negatiuis omnibus syllogismum fecisse, hoc autem fieri non potest,nisi uerbum aut participium infinitetur. Alexander Aphrodisius propter hæc tenet uerbum aoristari non posse in oratione, imo semper aoristatio uerbi in illius participium redundat.Causam huius attulit: quia uerbum unionem extremorum de proprio significatu habet:talis autem unio aoristari nō potest. Ideo si uerbum adiectiuum aoristetur,id propter participium fit,in quo resoluitur. Tunc patet solutio. Ad primum enim patet uerbum ea parte qua syncathegorema est aoristi non posse,sed qua cum participio conuenit: & ita consequentia nulla est. Ad secundum dici potest uerbum non ea ratione, qua syncathegorema aoristatur,sed ea parte qua in participium redundat. Et hoc modo in oratione poni potest ut in syllogismo Platonis patet. Ad syllogismum Platonis patet solutio: accepit enim uerbum non contingit pro participio, id est, non contingens est.

2.dubitat. Secundo quærunt an syncathegoremata possint aoristari:Sorticolæ nonnulli tenere persuadent,quod possunt aoristari. Primo,omne finitum potest aoristari,syncathegorema est ens finitum, cùm non sit res infinita, igitur potest aoristari. Secundo,signum quanti finiti potest reddi infinitum:modo syncathegorema est signum termini finiti uniuersale aut particulare. Tertio, quod prædicatur de ente & non ente uidetur aoristatum:mō iste terminus non omnis prædicatur de ente & non ente. Hæc est enim uera,hyppocentaurus est non omnis,& hæc similiter,equus est non omnis. Et ita uolunt propter hæc argumenta eiusmodi syncathegoremata posse aoristari. Hæc positio sic nude recitata expresse Arist.contradicit. Verū pōt trahi in bonum nam syncathegorema,ut omnis,nullus,& id genus, potest capi materialiter pro seipso in uoce & sibi consimili in scripto aut in mente,ut sorticolæ tradunt. Et hoc modo non syncathegorema,sed terminus significatiuus dicetur,& hac ratione possunt talia aoristari, ut ultimū argumentū cōcludit:quia de ente & nō ente prædicari pōt. Alio modo sumi potest pure syncathegorematice:& sic non est ens, sed entis uniuersaliter aut particulariter sumpti nota. Et ita patet ipsum ut sic non posse aoristari:sed bene est nota aut aoristati,aut finiti termini. Tunc ad primum patet solutio,nam hæc syncathegoremata syncathegorematice accepta non sunt entia,sed entium signa.


Ad secundum,maior est falsa: quoniam signum est non est terminus,sed termini signum.

Tertium uero est solutum.

Quid colligunt Sortic. Sorticolæ colligunt ex regulis Aristotelis ab enuntiatione,ubi uerbum tertium adiacet,sequi enuntiationem de secundo. Nam Aristoteles uult quod ex negatiua non sequatur affirmatiua. Et hoc quia affirmatio ponit subiectum esse. Propterea non ualet,animal non est iustum : igitur est non iustum; Nam prima non ponit animal esse.

Secunda uero ponit,rem hanc persuadent. Primo, quia subiectum debet sumi siue supponere secundum uim uerbi, modo in hac,animal est non iustum,uis uerbi est præsentia & affirmata,igitur animal pro præsentibus & affirmatis supponi debet. Secundo,hæc consequentia ualet,animal est iustum:igitur animal est,quia si non,detur oppositum: tunc non est animal:ultra,non est animal : igitur animal nō est ens:ab æquiualenti ad æquiualentem, animal non est ens, igitur animal nō est iustum,à superiori ad inferius: & ita ex opposito consequentis, sequitur oppositum antecedentis. & per consequens illa consequentia bona erat, animal est iustum,igitur animal est. Rem hanc ad tempus transmittimus:sumus enim de ea non semel dicturi.


Cum autem huic affirmationi, omne animal est iustum, ea negatio contraria sit,quæ nullum animal esse iustum significat. Hæ quidem quod neque ueræ simul, neque in eodem sint perspicuum est. His uero oppositæ sunt interdum,ut nō omne animal est iustum, & aliquod animal est iustum.



Com. 13. Aristoteles uult repetere regulas cōtradictoriarum: ideo antequàm eas resumat,repetit quæ in primo dicta sunt de enūtiationibus,quomodo se habent circa uerum & falsum: & dicit duo. Primum,quod contrariæ non possunt esse simul ueræ. Secundum est,quod subcontrariæ possunt esse simul ueræ,inquit. Cum autem huic affirmationi, omne animal est iustum,ea negatio cōtraria sit, quæ nullum animal esse iustum significat: hæ quidem quod neque ueræ simul, neque in eodem sint,perspicuum est:hoc est primum his uero oppositæ ut subcontrariæ(quę oppositæ dicuntur,quia illis contradicunt ex transuerso,aut quia quantitate disparatę sunt)sunt interdum simul uerę, ut per exempla patet. Quod uero ad gręca uerba attinet,dixit {οὔτε ἀληθεῖς ἅμα, idest neque ueræ simul} nam pro diuersis temporibus esse possunt ueræ.Hæc enim aureo sæculo uera erat,omnis homo iustus est:nostris uero temporibus,hæc contraria illi est uera,nullus homo est iustus,dixit{οὔτε ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ,idest, neque in eodem} quia respectu diuersorum suppositorum esse possunt ueræ simul,ut hæ omne animal est rationale, ut animal sumitur pro hominibus,nullum animal est rationale,pro equis sumptum : subcontrariæ autem possunt esse in eodem tempore simul ueræ : non tamen in eodem : hæ enim in eodem,quoddam animal ē iustum,quoddam animal non est iustum,uim habent contradictionis si pro Socrate animal utrobique accipiatur.

Sequuntur autem etiam hæ,eandem quidem quæ est: omnis homo est non iustus,illa quæ est nullus homo est iustus, hanc uero quæ est,non omnis homo est non iustus, ea quæ est illi opposita,aliquis homo est iustus:necesse est enim aliquem esse.

Consequentes.



Consequentes.

Com. 14. Nunc ponit Aristoteles duas regulas. Prima est, ab affirmatiua uniuersali de prædicato infinito sequitur negatiua de prædicato finito: inquit. Sequuntur autem etiam hę, eam quidem quæ est, omnis homo est non iustus, illa quæ est nullus homo est iustus.

Secunda regula, à negatiua non uniuersali de prædicato infinito, sequitur affirmatio non uniuersalis de prædicato finito, subiecto constante ei aliquo necessario existente, inquit. Non omnis homo est non iustus, sequitur ea quæ est illi opposita, uidelicet negationi uniuersali de prædicato finito, aliquis homo est iustus: & quia hoc uidetur contra dicta, ubi dictum est, ex negatione non sequi affirmationem: addit, necesse est enim aliquem esse, quasi dicat hanc regulam ualere, quoniam subiectum negatiuæ necessario est aliquid.

Contra iuniores. Multa hic iuniores componunt, & omnia proficiscuntur ex malis translationibus, quas habebant. Vnde laudarem eum qui uult uirum græcum commentari, literarum græcarum prius debere discere regulas: Aliter non semel in pueriles gerras incidet, atq; in deliras imaginationes.

Q[u]id Boe. Debes scire quod Boetius aliter legit literam. Ipse enim uult secundam regulam esse ex particulari affirmatione de prædicato finito, sequi negationem de prædicato infinito. Fortasse in codice suo græco sic scribebatur. Ego autem in meo inueni ad uerbum ut transtuli, & credo meum esse ueriorem, aliter uerbum illud (necesse est enim aliquem esse,) ad nihil adderetur.

Perspicuum etiam in singularibus, si uerum est interrogatum negare: affirmare etiam uerum esse, ut putas ne Socrates sapiens est? non. Socrates ergo non sapiens. In uniuersalibus autem non est uera, quæ similiter dicitur, sed negatio est uera, ceu, putas ne omnis homo sapiens est? non. Omnis ergo homo non sapiens. Hoc enim falsum est: sed non ergo omnis homo sapiens, uera est: est autem hæc opposita: illa contraria.

Com. 15. Volens Aristoteles dare differentiam inter singulares & uniuersales, quo ad negationum transpositionem, eam nascitur ex differentia interrogationum dialecticarum, & inuenit duas regulas. Prima ex negatiua præposita, sequitur negatiua transposita in singularibus, inquit. Perspicuum est etiam in singularibus, si uerum est interrogatum siue interrogantem negare negatione præposita: affirmare etiam negatione transposita uerum esse, ut putas ne Socrates sapiens est, respondendo, quod non. Socrates ergo non est sapiens, erit uerum dicere.

Secunda regula, ex negatiua pręposita non sequitur negatio transposita in uniuersalibus, sed bene contradictoria, inquit in uniuersalibus autem non est uera, quæ similiter dicitur, sed negatio siue cõtradictoria est uera: ceu putas ne omnis homo sapiens est? Si respondetur quod non: omnis ergo homo non est sapiens. Hoc enim falsum est, sed non, ergo omnis homo sapiens est, uera est. Est autem hæc opposita, hoc est, contradictoria, illa contraria transposita.

Regulæ Sortico. Ex his sumunt sorticolæ, quod in singularibus non refert negationem præponere & transponere, quia hæ sese sequuntur, non Socrates est sapiens: & Socrates nõ est sapiẽs, causam autem afferunt, quia in singularibus terminus semper eodem modo singulariter stat, cum non sit cõfusionis capax. Ita enim in hac. Socrates non est sapiens, ille terminus Socrates stat singulariter siue discrete, ut in hac non Socrates est sapiens. Sed occurrunt Aristoteli.

Primo, quia refert dicere, non tantum Socrates bibit uenenum, & tantum Socrates non bibit uenenum.

Secundo, quia refert dicere, non Socrates habens filium diligit illum, & Socrates habens filium non diligit illum. Potest enim secunda esse uera, ubi haberet duos, quorum unum diligeret, alterum odiret.

Prima autem est omnino falsa: propter hæc omnes sorticolæ intelligunt regulam, de singularibus simpliciter tentis & non compositis sine ratione adducti: sed hæc omitto.

Illæ uero quæ secundum infinita nomina et uerba contraiacent: ut in eo quod est non homo & non iustus: ueluti negationes sine nomine & uerbo esse uidentur, sed non sunt: nam semper aut uera aut falsa sit negatio necesse est. Qui uero dixit non hõ, nihil magis dixit, quam is qui homo protulit: sed etiã minus uerus uel falsus fuit, nisi quicquã addatur.

com. 16 Sunt qui dicunt Aristotelem soluere quæstionem an nomina & uerba infinita sint enuntiationes negatiuæ, quod non mihi placet: nam in principio huius hoc absolueret: ideo non est Aristoteli imponẽda repetitio, ubi fieri potest ut non imponatur. Ideo uidetur mihi, quod quęrat utrum nomẽ infinitum siue uerbum infinitum opponatur nomini & uerbo finito enuntiatiue: & primo ponat id quod uidetur primo aspectu. & inquit. Illę uero quæ secundum infinita nomina & uerba contraiacent, ut in eo quod est nõ homo, & non iustum ueluti negationes oppositæ affirmationibus sine nomine: ut illa non laborat, & uerbo, ut hæc nõ homo, non iustus, tenetur enim illa particula (sine) singulatim, singulum singulo referendo: nam illa de nomine infinito uidetur sine uerbo, de tacito tantum uerbo: illa de uerbo infinito uidetur esse negatio tacito nomine. Respondet, sed non sunt: cuius rationem dicit: nam semper aut uera aut falsa sit negatio necesse est, modo hæ neque sunt simul ueræ neque simul falsæ, homo, non homo, quia non sunt enũtiationes. Qui uero dixit non hõ, nihil magis dixit, quã is qui hõ protulit, sed etiã minus uerus uel falsus fuit is qui dixit hõ, nisi quicquã addatur. uerbum illud græce ἧττον latinè minus, pro minime accepit, quasi sit sensus quod nec ille qui dixit homo, nihil addendo, uerus est aut falsus: quare nec qui dixit, non homo.

Hæc autem, omnis non homo est iustus, nulli illarum idem significat. Nec huic opposita quæ est, non omnis non homo est iustus. At illa quæ est, omnis non homo est non iustus ei quæ est, nullum non homo est iustus, id significat.

Com. 17. Quem autem ordinem atq; consensum habeant enũtiationes de subiecto infinito uariatæ penes prædicati finitudinem uel infinitudinem ad enuntiationes de subiecto finito: nunc docet & ponit regulas.

Prima est, enuntiatio de subiecto infinito & prędicato finito nullum habet ordinem ad enũtiationem de subiecto finito, siue sit hæc affirmatiua siue negatiua, inquit. Hæc autem: omnis non homo est iustus: & sibi similes nulli illarum idem significat, hoc est, habentium subiectum finitum: quia nec ualet hanc, omnis homo est iustus: nec illam nullus homo est iustus, & ita in his nec est consequẽtia nec consensus, ut Boetius ait.

Secunda regula, enuntiatio de subiecto infinito negatiua cum nulla illarum de subiecto finito habet ordinẽ aut consensum, inquit. Nec huic opposita quæ est non omnis nõ hõ est iustus, significat idem alicui illarum: quia nec idem

idem quod hæc, omnis homo est iustus: neq; idem quod illa, nullus homo est iustus, & per idem nec consequentiam nec consensum habet. Quod uero ad uerba græca attinet, uerbum illud anticeimena, licet in frequentiori usu pro contradictoria sumat Aristoteles hic iuxta exemplum eius pro contraria acceptum est. Licet idem sit de contradictoria: nã hæc, non omnis non homo est iustus, nulli illarum idem significat, uidelicet, omnis homo est iustus, uel nullus homo est iustus, hæc autem, non omnis non homo est iustus, contradicit illi, omnis non homo est iustus.

ἀντικεί-μενα quid significat

Tertia regula est, ab affimatiua de subiecto & prædicato infinito, sequitur negatiua de subiecto infinito, & prædicato finito, inquit. At illa quæ est omnis non homo est non iustus, significat idem illi quæ est nullus non homo est iustus: & ita inter has est consensus & ordo consequentiæ.

Nomina uero & uerba transposita idem significant: ceu homo est albus, albus est homo: nam si ita non sit, eiusdem affirmationis plures erunt negationes. At ostensum est unam esse unius oppositam, huius enim quæ est, homo est albus: negatio est, homo non est albus. Illius uero quæ est, albus est homo, si non est eadem illa homo est albus, negatio erit, ἤτο, τὸ οὐκ ἔστιν οὐκ ἄνθρωπος λευκὸς, ἢ τὸ οὐκ ἔστιν οὐκ ἔστιν ἄνθρωπος λευκος, ἀλλ' ἡ ἑτέρα μὲν ἐστιν ἀπόφασις, ἡ οὐκ ἔστιν οὐκ ἄνθρωπος λευκὸς, τοῦ ἔστιν οὐκ ἄνθρωπος λευκὸς, ἡ ἑτέρα δὲ, τοῦ ἔστιν λευκὸς ἄνθρωπος, aut album est non homo, aut album non est homo, sed altera quidem est negatio quæ est, album non est non homo, eius est quæ est albus est non homo. Altera autem huius, homo est albus, quare erunt duæ unius, quod igitur transposito nomine & uerbo eadem fiat affirmatio & negatio perspicuum.

Com. 18. Quia superius in exemplis nunc anteposuit prædicatum & postposuit subiectum: nunc contra subiectum præposuit & prædicatum postposuit: idcirco transpositionem nominum & uerborum significatum nominum & uerborum nõ uariare declarat. Et insuper alia causa: quoniam rhetoras & poetæ transponunt nomina & uerba ut ornatum seruet dialectici minime: ideo inter hos quasi consultat: ostendens ꝙ nomina & uerba transposita idem significent. Sed quid uelit Aristoteles iuniores multas confusiones componunt, & omnes sunt extra Aristotelis mentem. Propterea debes scire ꝙ nomen ad suum significatum habet triplicem habitudinem, unã absolute, qua illud significat ab institutione, hanc habet tam in oratione, quàm extra orationem, & hæc habitudo significatio est nominis. Aliam habet secundum exigẽtiam uerbi siue temporis uerbi, & hanc sorticolæ uocant suppositionem, quam Aristoteles in elenchis uocat usum termini siue nominis pro re. Inquit enim cum non est res ipsas ferentes disputare, nominibus pro rebus utimur notis: & hoc est supponere iuxta loquendi modum sorticolarum. Aliam autem secundum exigentiam prædicati: & hæc uocatur uerificatio. Hæc autem tres habitudines ita sunt, ꝙ significatio esse potest sine suppositione, suppositio sine uerificatione, & non est econuerso, uult igitur Aristoteles ꝙ nomina & uerba transposita idem significet: ita ut a prima habitudine nũquàm absoluantur, utrum uero absolui possint à secunda & tertia habitudine per trãspositionem, hic non dicit, sed antea dixit in singularibus non referre. Hoc inquit, nomina uero & uerba transposita idem significant: ceu homo est albus albus est homo, hoc probat dicens: nam eiusdem affirmationis erunt duæ negationes, hoc facile patet: quia habebit negationem sibi propriam oppositam, & negationem suæ conuertentis. Hæc enim enuntiatio, homo est albus, habet hanc sibi propriam negationem, nullus homo est albus, & habebit negationem suæ conuertentis, uidelicet, illam: nullum album est homo, quæ est negatio illius, album est homo, quæ est conuertens primæ, inquit. Huius enim quæ est homo est albus, negatio est, homo non est albus, siue nullus homo est albus, sumit enim indefinitam pro uniuersali. Illius uero quæ est, albus est homo, quæ est conuertens primam est, nullum album est homo, inquit, modo si non est eadem illi, hoc est, si conuersa & conuertens non idem significant, negatio conuertentis, uidelicet illius, album est homo erit: aut album est non homo, aut album non est homo, declarat, ꝙ non illa, album est non homo, quia hæc habet suam oppositam aliam à prima, uidelicet nullum album est non homo: igitur opposita illius, album est homo: est illa, album est non homo, inquit, sed altera quidem est negatio illius album est non homo, uidelicet, quæ est album non est non homo, siue nullum album est non homo, igitur illa, album est non homo, non est opposita illi, album est homo, quia tunc haberet duas oppositas, sic igitur patet opposita illius album est homo: est hæc, uidelicet, album non est homo, siue nullum album est homo, altera autem est negatio huius, homo est albus, uidelicet, illa, nullus homo est albus: igitur illa, homo est albus, si non æquiualeret in significatu illi, album est homo, haberet duas negationes oppositas, alteram merito sui, alteram merito suæ conuertentis.

Dubiões. 1. Sed dubitare solitus sum. Primo quod hæc uidetur habere duas oppositiones de facto, uidelicet homo est albus: ut illam, nullus homo est albus: & nullum album est homo: igitur sequitur idem, siue sint eædem siue diuersæ.

2. Secundo, diceret aduersarius cauillator quod illa nullum album est homo, non opponitur illi primæ, sed suæ conuertenti, & ita non sequitur, duas oppositas uni esse.

Solutio Ad primam dico, quod illæ oppositæ habent unam uim: hæ enim nullus homo est albus: & nullum album est homo, unam habent uim, qui à sese mutuo inferunt per regulam conuersionum. Vniuersalis enim negatiua conuertitur in terminis primo priorum, igitur non reputantur nisi pro una.

Ad secundam dicas, ꝙ illa est opposita primæ: nam hæ non stant simul, homo est albus, & nullum album est homo: quia tunc hę starent simul, homo est albus, & nullus homo est albus: quoniam illæ sese inferunt, uideliã cet, nullum album est homo, & nullus homo est albus: & ita patet, ꝙ opponitur hæc primæ. Deinde epilogat: & uerba patent per se circa finem præsentis capituli.

Quæstiones circa regulam. Debes scire, ꝙ Aristoteles dedit in isto capitulo quatuor regulas. Prima fuit, ex affirmatione negatione transposita sequitur negatio recta, ut homo est non iustus, igitur homo non est iustus.

Secunda fuit, huic contraria, uidelicet, ex negatione recta non sequitur affirmatio negatione ipsa transposita quia non ualet, non est bonum, igitur est non bonum. Nã centaurus non est bonum: & tamen non sequitur, quod sit non bonum.

Tertia, ex affirmatione recta sequitur negatio transposita negatione etiam, ut est æquale, igitur non est non æquale.

Quarta regula econtra non ualet.

Non enim sequitur, non est non bonum, igitur est bonum: cum Centaurus non sit non bonum: & tamen non sequitur, ꝙ sit bonum. Contra has regulas multæ a sorticolis fiunt obiectiones.

Primo, contra primam, nam non ualet, aliquis homo est non iustus: igitur omnis homo non est iustus.

Secundo, non ualet, Socrates potest non pugnare, igitur Socrates non potest pugnare.

Contra secundam obijciunt, quia ualet, omnis homo nõ est iustus: igitur omnis homo est non iustus, nam omnis homo est iustus uel non iustus.

Contra tertiam arguunt primo, quia non ualet, Socrates est dominus, igitur non est non dominus: dato ꝙ sit simul respectu unius dominus, & respectu alterius seruus.

Secundo non ualet, senex fuit puer: igitur senex non fuit non puer.

Tertio non ualet, Socrates uidet equum: igitur non uidet non equum, dato ꝙ uideret equum & bouem.

Contra quartum arguunt, quia bonum & non bonum

sunt contradictoria, ideo si a, non est non bonum, sequitur ꝙ sit bonus.

Ratio & sensus regularum. Reg. Aris.

Pro solutione ad omnes rationes debes scire. primo, ꝙ oēs regulæ intelligi debent omnibus similiter se habentibus solū uariatione facta penes prædicatum definito ad infinitū. Secundo debes scire quod enuntiationes in quibus subiecta uariantur penes finitum & infinitum: cæteris in omnibus paribus sunt inuicem impertinentes, hoc est, quod una non sequitur ad aliam, nec repugnat.

Vt iste homo est iustus. Non homo est iustus, & homo nō est iustus, non homo non est non iustus. Vna.n. harum ad aliam non sequitur, nec alteri repugnat, tunc iuxta hæc tolluntur obiectiones. Prima quidem, quia non sunt in cęteris similes, cum prima sit particularis, & secunda uniuersalis: & ita non arguitur per regulam. Ad secundam contra idem respondetur eodem modo. Prima.n. non erat de prædicato infinito, sed debebat esse hæc. Socrates est non potens pugnare, ideo ualet, non potest pugnare. Ad aliam contra secundā regulam iam Aristoteles primo priorū, in fine respondit ꝙ album & non album non sunt contradictoria, sed bene esse album uel non esse album: & ita in proposito dico, a, illa nō sunt contradictoria, nisi intellecto uerbo cum termino. Ad alias contra tertiam eodem modo soluuntur. Dico.n. ad primam, ꝙ ualet tenendo uerbum illud dominus eodem modo: erat.n. dominus ad a, & respectu ipsius a, etiam nō est nō dominus. Quanquam forticolæ dicāt regulam tenere in absolutis, quod non puto esse necessarium: diximus.n. regulas ualere cæteris omnibus sumptis eodem modo. Ad secūdam dicunt regulas Aristotelis teneri in enuntiationibus de præsenti, sed hoc est friuolū: non.n. essent uniuersales, ut omnes Græci uolunt. Propterea melius est dicendum, ꝙ omnia cætera & uerbum debet sumi eodem modo, & pro eodem præcise tempore. Propterea debet sic argui, senex fuit puer: igitur senex non fuit non puer pro eo tempore quo fuit puer, diximus enim regulas esse ueras cęteris similibus sola uariatione facta penes prædicati finitudinem, Ad tertium dico, ꝙ non arguitur per regulam, debet.n. argui, Socrates uidet equum: igitur Socrates non est non uidens equum. Ad ultimam, solutio patet ex dictis ad rationem contra secundam regulam. Hæc de isto capitulo satis.

At uero unum de multis, aut multa de uno affirmare & negare: nisi unum quod sit id quod ex pluribus illis significātur: non est affirmatio neque negatio una.

Com. 19.

Cum Aristoteles uelit nunc de ordine siue consequentia enūtiationum, in quibus prædicatur unum de pluribus aut plura de uno, hoc est, quonam modo ualeat a diuisis ad coniuncta, & a coniunctis ad diuisa. Resumit rursus, quæ sit negatio uel affirmatio una: quæ nam plures siue non una, quę longius in primo huius absoluit. Multiplicari itaq; possunt enuntiationes, ut diximus in primo, autoritate Ammonij hunc in modum: nam aut in enuntiatione unum prædicatur de uno, aut unum de pluribus, aut multa de multis, aut multa de uno. Si quidem unum de uno, aut uniuocū de uniuoco, ut homo est animal, aut uniuocum de æquiuoco, ut canis est albus: item aut æquiuocum de æquiuoco: ut acuties ē acumen: aut æquiuocum de uniuoco, ut animal est canis. Simili modo, si unum de multis, aut unum uniuocū de multis, ut homo bipes est animal, aut æquiuocum de multis, ut animal latrabile est canis. Iterū si multa de multis, erit aut multa coniuncta de multis coniunctis, ut homo rationalis est animal mortale, ambo enim definitione coniunguntur siue homo & bipes & crispus est animal & sensibile & disciplinæ capax. Hæc enim ambo copula coniunguntur & aliis modis: aut coniūcta de abiunctis, ut homo bipes est animal album: aut abiuncta de abiunctis, ut homo crispus amicus ē, animal iustum beneuolum. Simili modo, si multa de uno, aut enim multa de uniuoco, aut multa de æquiuoco. Pōs sunt etiam multis aliis modis multiplicari, hi sufficiant. Aristoteles igitur talem communem constituit regulam: quando prædicantur multa de uno, aut unum de multis, nisi illa multa sint aliquo modo unum, aut coniunctione, aut subiecto, aut descriptione, aut definitione, enūtiatio nō una erit, Hæc est regula communis.

Multiplicatio enuntiationum penes plura et unū.

Atq; unum dico, non si nomen unum sit positum: non sit autem quid unum ex illis ceu homo est forsitan & animal, et bipes, & mansuetum, sed ex ijs unum fit. Ex albo uero & homine et ambulante non unum est. Propterea si quis unum quid de his affirmet, non una erit affirmatio, sed uox quidem una. Affirmationes uero plures, nec si de uno hæc, sed similiter multæ.

Com. 20.

Exponit nunc Arist. quid uelit ꝑ unū, & inquit. Atq; unū dico, non si nomē unū sit positū, ueluti est æquiuocū, quod est una uox pluribus abiunctis imposita. Propterea subdit, non sit aūt quid unū ex illis, uel definitione aut subiecto: & exponit ꝑ exēplū, quod sit ex multis unū esse, & inquit, ceu hō est forsitan & animal & bipes & mansuetū, sed ex ijs unū fit aut copulatione, ut placet Porphy. aut definitione, ut uidetur Auerr. in paraphrase. Quid uero sit ex multis non esse unū, subscribit dicens. Ex albo uero, & homine, & ambulante; non unū est definitione uel copulatione, si dematur copula. Propterea concludit siquis unū quid de his affirmet, non una erit affirmatio, licet uox quidē una, affirmationes uero plures: nec si quis hæc de uno affirmauerit affirmatio una erit: sed similiter multæ. Sic igitur patet, quid sit unum quidve ex multis unum esse, & quid ex multis non unū esse.

Sed dubitatur, quia Arist. ait, quod si quis affirmet de illis unū, affirmationes erunt plures. Quęritur quonā modo hoc sit. Auerro. in præsenti paraphrase uidetur dicere, quod sit una ueluti æquiuoca, sed contra, quia enuntiatio ubi terminus æquiuocus aut subijcitur aut prædicatur facit paralogismum. Sed hæc enuntiatio non facit illū. Secundo, omnis enuntiatio æquiuoca est distinguenda, sed hæc non distinguitur. Tertio, ex ijs fit saltē unū in subiecto non sicut ex æquiuocis. In uerbis Auerr. apparet solutio: subscribit.n. similiter est dispositio in enuntiatione in quātū affirmantur intētiones multę uni subiecto ꝑ nomina diuersa, quasi dicat quod quātū ad hoc uidetur esse similitudo cū ęquiuoca enūtiatiōe: quia in hac multi sunt signatus, uel ex parte subiecti aut prædicati sed quo ad alia non, ut recte cogunt rationes.

Dubitatio.

Responsio Auerr.

Solutio.

Si igitur interrogatio dialectica responsionis est postulatio, aut propositionis, aut alterius partis contradictionis, Propositio uero contradictionis unius est pars, non erit ad hæc una sane responsio, Nam nec interrogatio una est, & si etiam uera sit. Sed de his in Topicis dicetur.

Com. 21. Expositio aliorū. Confutatio.

Esculanus & alij multi uolunt Aristotelem probare id ꝙ paulo ante dixerat: & sic sillogisticum faciunt textum.

Sed hæc expositio friuola est. primo, quia Aristoteles assūpsisset ignotius ad declarationem ignoti. Quod enim hic sumit in topicis declaratur, ut ipsemet ait. Modo ea quæ dicūtur in topicis, sunt posterius nota: cum hic liber sit primus, ut Ammonius & Porphyrius, & cæteri dixerunt. Amplius non consonat textui: est enim in græcis sensu & uerbis illatiuus, ut intelligenti uerba gręca & nostras translationes patet. Videtur itaq; mihi textū esse illatiuum: infert enim duo, quorum primum est, quod plurium non est una responsio, atq; multiplicis minime. Syllogizat autem (ut mihi uidetur) sic: quorum non est una interrogatio, eorum nō est una responsio, plurium non est una interrogatio: igitur plurium non est una responsio.

Expositio propria.

Ad huius syllogismum primo sumit unum antecedēs copulatum, ex quo uult habere probationē minoris, & inquit. Si igitur interrogatio dialectica responsionis est postulatio, aut ꝑpositionis, aut alterius partis contradictionis petitio. Propositio uero contradictionis est pars. Ex ijs uult habere probationem minoris: quæ potest ad syllogismum sic resolui, quorum non est una propositio aut postulatio, eorum non est una interrogatio, per nunc dicta, horum plurium non est propositio aut postulatio: igitur nec una interrogatio: & ita minor patet. Tunc infert conclusionem, & inquit, non erit ad hæc una sane responsio. Cuius minorem epilogat dicens. nam nec interrogatio illorum plurium una est: & si etiam uera sit, ecce quomodo non syllogistica est litera, sed illatiua.

Debes ſcire ut ex primo topicorũ ca.3.ſatis habetur, quod interrogatio eſt quid commune ad problema, quod dicitur reſponſio, & ad propoſitionem dialecticam, quæ eſt præmiſſa ſiue interrogatoria propoſitio, quę uero differentia ſit inter problema & propoſitionem perquire illic. Propterea Ariſtoteles ait interrogationẽ dialecticã eſſe aut reſpõſionis poſtulationem ſiue problema, aut petitionem propoſitionis ſiue alterius partis contradictionis, quæ eſt propoſitio interrogatoria.

Secundo debes ſcire, quod differt etiam quæſtio à cõcluſione & ſuppoſitione ſiue principia: id .n. quod in demonſtratiuis eſt quęſtio ante demonſtrationem, in fine demonſtrationis eſt concluſio, dicitur.n.2.poſteriorũ. Quæſtiones ſunt æquales numero is quæ ſcimus. Suppoſitio autem & principium, propoſitiones ſunt ſiue præmiſſæ demonſtrationis. Qua ratione patet, problema in dialecticis ſe habere ad reſponſionem, ut quæſtio ad concluſionem in demonſtratiuis: & dialecticam propoſitionem ad ſyllogiſmum in dialecticis, uti ſuppoſitiones ſiue principia ad demonſtrationem. Hæc autem ſorticolæ omnes ignorant & recentiores: ob enim ignorantiam terminorum de facili paralogizamus primo elenchorum, & tu conſidera.

Inſuper etiam ſimul perſpicuum eſt, ipſum quid eſt interrogationem non eſſe dialecticam. Nam oportet ex interrogatione dari ut eligat, utram uelit contradictionis partẽ, quando is qui interrogat debeat diſtinguere, utrum homo ſit homo, aut non ſit hoc.

Secundum quod concludit eſt, ꝙ qõ quid ẽ, non ſit inter-
Com. 22. rogatio dialectica, & ſyllogiſmus eſt, interrogatio dialectica interrogat utrãq; partẽ cõtradictionis, qõ quid ẽ nõ interrogat utranq; partẽ cõtradictionis, ſed unã tantã igit̃ qõ quid eſt nõ ẽ dialectica interrogatio. Primo ſumit cõcluſionẽ, & inquit, inſup etiã ſimul cũ cõtradictione proxime dicta, perſpicuũ eſt ipſum quid eſt interrogationẽ non eſſe dialecticã imo nec ſi eſt, nec quia ẽ, nec ꝓꝑ quid ẽ. Sumit deinceps maiorẽ ſyllogiſmi, & inquit, nã oportet ex interrogatione dari atq; ꝑmitti ut eligat reſpõdẽs, utrã uelit cõtradictionis partẽ: cuius rationẽ inquit qñ is qui interrogat, debeat diſtinguere, utrũ hoc ſit hõ, aut nõ ſit hõ, ut utrũ aĩmus ſit mortalis an non. Legitur aũte in græcis codicibus uerbũ illud { qñ } aduerſatiue, ſed ſonat expoſitiue, ueluti alibi ſæpius Ariſto. uerbũ { ἀλλά } ſumpſit. Ex iis patet quæſtionẽ ſe habere ad demonſtrationẽ ut problema ad dialecticũ ſyllogiſmũ: nã eſt qõ ante damonſtrationẽ, in fine cõcluſio, problema etiam ante ſyllogiſmum in fine reſponſio ſiue illatum.

Cum autem eorum quæ ſeorſum prædicantur, alia quidem compoſita prædicentur, ut unum omnia prædicatũ euadant: alia uero non: quænam ſit differentia. De homine nanque uerum eſt dicere, & ſeorſum animal et ſeorſum bipes: & hæc eadem ut unum & hominem, & album: & hæc eadem ut unũ. Sed nõ ſi aliquis ẽ cerdo, et bonus erit, et cerdo bonus, εἰ γὰρ ὅτι ἑκάτερον ἀληθές. Adhuc ſi quia ſeorſum utrunque eſt uerum: oportet etiam ambo uera eſſe, multa erunt etiam abſurda. De homine nanque quodam uerum eſt dicere, & quod eſt homo, & quod eſt albus: quare & totũ. Rurſus ſi album & totum uerum eſt dicere, quare erit homo albus albus, atque hoc in infinitum. Et rurſus muſicus albus ambulans, & hæc ſæpius coniuncta in infinitum dicentur. Præterea, ſi Socrates eſt Socrates & homo, etiam Socrates erit Socrates homo: & ſi eſt homo & bipes, etiam erit hõ bipes. Igitur ſi quis ſimpliciter dicat cõplexiones fieri: plurima abſurda inde contingere dicat, perſpicuum eſt.

His ſuppoſitis ac cõmemoratis. Nunc accedit ad rem, &
Com. 23. primo petit quæſtionẽ, & inquit. Cũ aũt eorũ quæ ſeorſum prædicantur, & diuiſim, alia quidẽ cõpoſita prędicantur, ut unũ omnia prædicatũ euadãt, hoc eſt, cũ quædã prędicentũ diuiſim & ſimul, alia uero non: quæ nã ſit differẽtia, & quãdo licet & qñ non, eſt qõ: igr̃ utrũ ſemꝑ liceat argui à diuiſis ad coniuncta? an aliqñ ſic, aliqñ non: & qñ ſic, & qñ non? Arguit igitur pro utraq; parte, & primo, ꝙ ualeat: nã ſequitur, hõ eſt animal, & hõ eſt bipes, igitur hõ eſt animal bipes. Amplius ualet. Socrates eſt hõ, & Socrates eſt albus: igitur Socrates eſt hõ albus. In cõtrariũ arguit, quia nõ ualet, aliquis hõ eſt cerdo & bonus: igitur bonus cerdo: Secundo, ſi ualeret, tunc eſſet ꝓceſſus in infinitum in copulationibus: nam de homine quodam ut de Socrate uerũ eſt dicere, & ꝙ eſt hõ, & quod eſt albus: quare & totũ hoc ſimul erit hõ albus. Rurſus ſi de Socrate eſt uerũ dicere albũ, & totũ, hoc ẽ ſi Socrates eſt hõ albus, & albus ſeorſum. Rurſus etiã erit uerũ dicere ꝙ ſit homo albus, albus ſimiliter atq; hoc in infinitum.

Tertio, non ualet, Socrates eſt muſicus & albus, & ambulans: igitur eſt muſicus albus ambulans, quia hæc ſepius cõiuncta in infinitum dicerẽtur. Quarto, ſi Socrates eſt Socrates, & hõ, etiã Socrates erit Socrates hõ: & ſi Socrates eſt hõ & bipes, ẽt erit hõ bipes, quod ẽ falſum: nã ex nugatoriis nugatio proficiſceretur: quoniã in antecedẽnte non fuit nugatio. In conſequẽte uero uidetur eẽ: hæc.n. nugatio eſt, Socrates hõ, etiã & hõ bipes, quoniã in indiuiduo ſpecies, & in ſpecie differentia intelliguntur. Sic igitur pro utraq; parte hæc ſunt argumenta. Deinde epilogat, & ſermo patet.

Sed quonam modo id ponendum ſit dicamus nũc. Eorum itaq; quæ prædicantur, atq; de quibus prædicari ſumuntur, quæcunque per accidens dicuntur, aut de eodem, aut alterum de altero, hæc non erunt unum, ut homo eſt albus, & muſicus, ſed non unum eſt, album ipſum et muſicum. Accidunt.n. ambo eidem, neque ſi uerum ſit dicere album muſicum eſſe, ὅμως ἔσται τὸ μουσικὸν λευκὸν ἕν τι, albũ muſicum profecto unum quid erit. Album.n. per accidens muſicum eſt, quare non erit album muſicum quid unum, quo circa neque cerdo bonus, ſimpliciter erit, ſed animal erit bipes, cum non per accidens, hæc de illo ſint. Præterea nec illa, quorum alterum alteri ineſt, quo circa nec album ſepius erit, nec aliquis homo eſt homo animal aut bipes. Inſunt enim hæc, bipes & animal homini.

Determinat quęſtionem, & uult ꝙ duobus caſibus non licet a diuiſis poficiſci ad coniunctum. Primus eſt, cũ ea quæ diuiſim prædicantur de aliquo ſubiecto, de illo per accidens dicantur, ſiue quia ambo eidem accidunt, ſiue quia alterum alteri accidens, ut non ſequitur: homo eſt albus & muſicus: igitur hõ eſt albus muſicus. Accidunt.n. albũ muſicũ ambo homini: nã licet hæc poſſit eſſe uera, albũ & muſicũ tamen albũ muſicũ non erit quid unũ, cũ albũ per accidẽs muſicũ ſit, & poſſit eſſe & non eſſe. Secundo, non ſequitur. Socrates eſt cerdo & bonus: igitur cerdo bonus: nam poteſt eſſe Socrates uir bonus, & malus cerdo. Secundus uero caſus eſt, quando unũ illorũ prædicatorũ diuiſim acceptorũ in alio includitur, hac.n. rõne non poteſt a diuiſis procedi ad coniũctũ, nam antecedens eſſet non nugatorium, conſequens uero nugatorium: quo circa non ualet. Socrates eſt homo & animal: igitur Socrates eſt homo animal: nec ſequitur Socrates eſt homo, & bipes, igitur Socrates eſt homo bipes: quia in homine inſunt animal bipeſq;, & unũ eſt in ratione alterius. Propterea ſoluit ad dubium, & inquit. Quo circa nec album ſæpius erit Socrates, nec aliquis homo, ut Plato eſt homo animal, aut bipes. Inſunt enim hæc, animal & bipes homini. Com. 24.

Iſti ſunt duo caſus, in quibus non ualet, ex quibus colligi poteſt in quibus ualet. Per primum enim caſum habetur, ꝙ illa deuiſa inſint per ſe ſubiecto.

Per ſecundum habetur, quod unum non inſit in ratione alterius: propterea bene ualet. Socrates eſt rationale & mortale: igitur rationale mortale. Tollitur e in nugatio, quia Conſideratio literæ. neutrum eſt in ratione alterius: tollitur proceſſus in infinitum quia non licet poſtmodum argui eſt rationale mortale & mortale, igitur rationale mortale, mortale: quia mortale ſecundo aſſumptum includebatur in ratione illius totius rationale mortale.

Debes scire, quod cum Aristoteles ait, Quo circa neque cerdo bonus simpliciter erit, sed animal bipes erit, nõ uult absolute hanc consequentiam ualere. Socrates est bipes & animal, igitur bipes animal, sed ait ualere solum ratione habita ad primum impedimentum. Propterea subscribit, cum non per accidens hæc de illo sint: & ita ualet ratione habita ad primum impedimentum non absolute: quia ratione habita ad secundum impedimentum non ualet. Nec ignores trãslationes ueteres oẽs hic erroneas reperiri. Qui.n.legit codices Aristo.græcos, hoc facile diiudicabit.

Verum est autem dicere de aliquo & simpliciter, ut aliquem hominem hominem, aut aliquem hominem album, hominem album, non tamen semper, nam quando in adiecto aliquod quidem oppositorum inest, ad quod sequitur contradictio, non uerum sed falsum est. Vt si hominem mortuum dixeris hominem, quando autem non inest, uerum est.

Com. 25 Hactenus quonam modo liceat à diuisis procedere ad cõiunctum: nunc contra, quonam modo à coniuncto ad diuisa liceat arguere, declarat.

Et colligit primo, quod uerum est dicere, & inquit.

Verum est autem dicere de aliquo, subaudi, prædicatum coniunctum & simpliciter quodlibet illius, ut de Socrate, supple, uerum est dicere coniunctim aliquem hominem, & seiunctim hominem tantum: aut de eodem Socrate uerum est dicere coniunctim aliquem hominem albũ: & seiunctim hominem, album: siue hominem per se, album per se. Igitur absolute a coniunctis ad diuisa ualet, utrum uero in omni & de omni determinat, & dicit primo, quod non ualet, quando in prædicato est contradictio uel oppositio: ut non ualet. Cæsar est homo mortuus: igitur homo, nam mortuum & homo opponere uidentur, inquit, non tamen semper: nam quando in adiecto siue prædicato est aliquid oppositorum illi repugnans siue diminuens ab eo ad quod sequitur contradictio, nõ uerum est, sed falsum, ut si hominem mortuum, dixeris hominem, quando autem nõ inest hæc in prædicato oppositio, uerum est procedere à coniunctis ad diuisa.

Quo uero ad uerba græca attinet uerbum illud ἁπλῶς licet interdum pro omnino, interdum pro uniuersaliter sumatur, hic sumpsit ꝓ seorsum siue seiunctim. Vlterius uerbum illud προκειμένῳ, licet hic prædicato adiecto siue adiũcto subiecto accipiatur, aliquãdo absolute pro omni addito siue subiecto siue prædicato. Est igit̃ sensus, quod quotiens est oppõ in prædicato addito siue adiecto: tunc non licet.

Dubitatio Solent dubitare metaphisici, quonam modo hæc sit uera. Cæsar est homo mortuus.

Videtur enim absolute falsa: Per textum enim habetur, quod illud prædicatum compositum implicat opposita, igitur est ratio in se falsa, & cum sit in se falsa, uidetur de omni falsa, ut dicitur. 5. metaphysicæ: & licet hæc res spectet potius ad metaphysicam, quæ communiter currit per manus cucullatorum: tamen quæ dicuntur ad hoc & quæ mihi uidentur esse dicenda breuibus, non recusabo dicere.

Positio quorundã Cõfutatio Dicunt quidam, quod cum homo & mortuus componũtur, non efficitur ratio in se falsa, quia homo determinatur per ipsum mortuum ad cadauer. Sed hæc responsio friuola est, quia aut totum hoc, homo mortuus est ratio in se falsa aut non, si sic, igitur de quolibet falsa: ceu homo irrationalis cum sit per se falsa, de omni est falsa. 5. metaphysicæ. Si uero illud totum non est ratio in se falsa, hoc est contra textum, & contra rationem. Contra textum quidem: quoniam ait unam partem inferre oppositnm alterius propter conditionem: contra rationem uero, quoniam hõ nunquam perdit suum significatum: igitur cum ratio, quam significat nomen, sit definitio: homo erit semper animal rationale, & ita corpus animatum & ita uiuum, & ex alio est mortuus, igitur illa ratio est in se simpliciter falsa, & ita de nullo uera. Amplius ad principale, ut conceditur hæc, Cæsar est homo mortuus: cur non hæc. Cæsar est homo irrationalis. Sic enim conceditur homo mortuus: ergo cadauer, & Responsio propria ita irrationale: & hoc sequitur, si uerbum homo contrahitur a uerbo mortuus. Videtur igitur mihi, ꝙ nomen habe duplicem significatum: alterum proprie: ueluti homo, Socratem & Platonem. Alterum transumptiue, ut hominem pictum, cadauer & id genus, ut Aristoteles inquit in prædicamentis, & si hæc est uera. Cæsar est homo mortuus: quoniam homo sumitur in significatu transumptiuo, hæc autem falsa. Cæsar est homo: quoniam intelligitur in significatu proprio.

An quidem quando inest, nunquam uerum fit: quando uero non inest, semper ne uerum fit? quemadmodum Homerus est aliquid ut poeta, ne igitur Homerus etiam est? an non? Per accidens enim prædicatur ipsum est de Homero: quatenus quidem est poeta: non autem per se prædicatur de Homero ipsum est.

Com. 26 Dubitat rursus contra solutionem datam, utrum uidelicet quando non est oppositio siue contradictio in adiecto semper liceat, & arguit quod non: quoniam hæc est uera cõiunctim. Homerus est poeta: ubi totum hoc est poeta, prædicatur de Homero: & non est contradictio in illo, & non ualet, igitur Homerus est: solo uerbo est prædicante, inquit, {An quidem quando inest, nunquàm uerum sit, quando uero non inest semper ne uerum sit} quasi dicat utrum ut quando inest oppositio nunquàm uerum est: ita quando non inest, etiam semper uerum sit? & arguit quod non, inquit, quemadmodum Homerus est aliquid ut Poeta: ne igitur Homerus est etiam? quasi dicat non. Respondet & uult ꝙ non semper licet arguere stante illa conditione. Et sic addit secundam, ꝙ uidelicet ambo illa prædicẽtur æquè principaliter de subiecto: & non unum principaliter, & alterum per accidens, & sic sunt duę conditiones. Prima, quod non sit oppositio in adiecto. Secunda, quod ambo prædicentur æque principaliter. Hæc secũda deficit exemplo de Homero. Nam per accidens prædicatur ẽe de Homero, quatenus poeta: non autem per se, quatenus ens & existens.

Quare in quibuscunque prædicatis neque est contrarietas: si pro nominibus rationes dicantur, neque per accidens, sed per se prædicantur, ὧν τούτων τὸ τὶ καὶ ἁπλῶς, in his coniunctim & simpliciter uerum est dicere. Id autem quod nõ est, non uerũ est dicere esse aliquid, quia est opinabile, non.n.opinio de ipso, est ipsum esse, sed ipsum non esse.

Com. 27 Epilogat cõditiones insimul, & inquit. {Quare in quibuscũq; prędicatis neq; ẽ contrarietas} quod quidẽ facile discernitur, si pro noĩbus rõnes dicãtur: nã cũ rõnes nominũ sũt oppositæ in prædicatis est oppositio, ut hõ mortuus. nã ratio hoĩs est aĩal rõnale, animatũ. Ideo mortui, est cadauer sine aĩa: & hoc ad primã cõditionẽ, neq; per accidens, sed per se prædicantur ambo, hoc est æque principaliter, in his coniunctim & diuisum siue simpliciter & secũdũ quid, ut habet grecus textus. uerũ ẽ dicere, hæ sunt cõditiones. Et declarãs secundã cõditionẽ inquit: id autem quod non est ut Homerus non uerũ est dicere esse aliquid: quia est opinabile remanens in opinione hominũ non.n.opinio de ipso, est ipsum esse, sed ipsum non esse: sed supple tu, uerum est dicere esse poetam, quod non est aliquid in re, sed in opinione. Sic igitur per hoc ꝙ Homerus est in opinione: non propter hoc est aliquid in re, hæ sunt conditiones, & cõsequenter de regulis enuntiationum a coniunctis ad diuisa.

Quæstiones. Sed circa hæc sunt quæstiones non paruæ. Prima, quonam modo secunda conditio intelligenda est, quæ dicit, ꝙ compositum illud debet prædicari per se de subiecto.

1. Quæstio. Responsio Auerr. Videtur autem ad hoc respõdere Auerr. in sua paraphrase dicens. i. per aliud ab ipso, sed per se. i. ꝓ ipsum: quia cũ est prædicatum per accidens secundum istum modum falsificatur cũ separatur, uerbi grã, Home. ẽ poeta: quoniã cũ separãtur hæc, & dr̃ Home. ẽ, illa fit falsa: cũ sit nũc priuatus, & cã in hoc ẽ: quia ẽe prædicatur de Home. ex pte qua est poeta: nõ prædicatione prima ꝑ se absolute. Sic igitur Auerroes uult ꝙ illud coniũctũ prædicetur per se & secundũ ꝙ ipsum de subiecto. Sed huic obiiciunt nonnulli: primo quia ualet. Replica. Socrates est hõ albus, igitur est hõ & est albus. Secũdo, quia frustra adderetur, & nõ ꝑ accñs, uidetur.n. secundum hanc expositionem superflua, sed hæc friuola sunt.

Defensio Ad pri. diceret Auerr. ꝙ argumẽtũ ꝑ se tenet in oĩ materia:

ria, modo cum liceat dare instantiam in aliis satis est. ut 1. priorum, cap. 22. & 2. topicorum. cap. 1. modo data est instātia in illa. Homerus est poeta, ideo regula est falsa. Ad aliud diceret Auerroes illud esse additum prædicatum, prædicari per se, secundum se & quodlibet sui. ideo sensus est. nō secundum accidens hoc est non ratione partis, sumitur enim per accidēs interdum pro eo quod est per partem. Sed

Replica. adhuc instabis contra Auerroem quia tunc prima conditio superflueret cum satis explicetur in secunda, cum enim totum coniunctum prædicatur per se & non ratione partis de subiecto. uidetur ꝙ non possit esse oppositio in adiecto, & sic superfluit. 1. quam Aristoteles ponit in epilogo aliam à secunda. Dici potest ꝙ apud Auerroem illa non est necessaria, sed posita ad maiorem explicatum, nos uero aliter exposuimus iuxta Ammonii & Boetii mentem, ut patuit.

2. quæstio Secundo quærunt. utrum à tertio adiacente ad secundū adiacens liceat arguere semper.

Responsio Eburnii. Respondet Esculanus, quod à tertio adiacente ad secundū adiacens non nisi gratia materiæ ualet, per se autem nunquam hoc multipliciter probatur. Primo, à composito ad diuisa non ualet quoniam termini non eodem modo sumuntur, sed semper ipsum est, quando tertium adiacet accipitur, ut dicit ueritatem enunciationum, quando uero est secundum accipitur, ut dicit actum existendi, & ita non ualet. Secundo, a secundum qđ ad simpliciter non ualet consequentia, sed cum dico. est animal, igitur est. arguitur a secundum quod ad simpliciter, quia ab esse animal ad esse simpliciter, igitur non ualet.

Tertio, ablato ipso per accidens potest remanere ipsum ꝑ se atque necessarium. Sed hæc prædicatio homo est, uidetur per accidens. illa uera, homo est animal. est per se ac necessaria, igitur ablata illa per accidens, hæc potest remanere uera, & ita ad illam per se & necessariam, non sequitur hæc contingens, & per accidens. Quarto, hæc est uera, nullo homine existente homo est animal. igitur ex hac non sequitur illa. homo est, antecedens probatur, quoniam si non est uera, igitur opposita est falsa, opposita est, homo est non animal, quoniam animal & non animal cōtradictoria sunt, igitur hæc est uera. homo est non animal, ultra, igitur non rationale, & ultra. igitur non homo, & multa alia impossibilia.

Positio propria. Antequam refellam hāc positionem, dicamus quid peripathetici dicunt hac in re. Debes igitur scire (ut dicemus) quod triplex est enuntiatio siue propositio. una de inesse, alia de necessario inesse, alia de contingenti inesse. Tunc constat in propositionibus de contingenti inesse nō ualere à propositione de tertio adicente ad illam de secundo. non enim ualet, Socrates de contingenti est albus, igitur est albus & in aliis similiter. Dico secundo, quod tam in propositionibus de inesse quàm in illis de necessario inesse, ualet seruatis conditionibus Aristotelis, uidelicet, quando non est oppositio in adiecto, & quādo ipsum esse & adiectum sibi æque principaliter prædicantur de subiecto. Dico, quando non est oppositio in adiecto propter tales. homo est mortuus, homo est pictus, & id genus. Dico secundo, quando ipsum esse & adiectum prædicantur æque principaliter. Propter tales, centaurus est terminus. tantum homo est risibilis. Hæc enim tantum homo est risibilis, est uera, & ipsum esse prædicatur de illo subiecto tantum homo ratione risibilis, quod cum homine conuertitur, ideo non ualet. tantum homo est risibilis, igitur tantum homo est. quoniam deficit secunda conditio, licet nonnulli uelint regulam esse ueram in simplicibus. Alii dicūt quod debet sic argui. tantum homo est risibilis, igitur homo est risibilis; quoniam sic est à composito ad simplex. ego uero dico, qđ hęc est uera. tantum animal est homo; propter hominem, qui uniuersaliter est animal. & sic esse competit ipsi animali tantum ratione hominis. Quia uero hæc sit positio peripatheticorum declaratur. omnis propositio de inesse est illa quæ exiuit ad actum. & Auerroes inquit primo priorū, ait esse possibilem ad actum deuentam, sed non ad actum exiens, nisi subiectum constet. igitur esse principaliter prædicatur de subiecto, & per consequens à tertio ad secundū ualet. Idem confirmatur per Auerroem eodem primo priorum. cap. 2. ubi ponit differentiam inter propositiones de inesse, quas inuentas uocat, & illas de necessario inesse, solum penes hoc, quod in illis de inesse prædicatum inuenitur in subiecto. penes plurimum temporis. in illis de necessario in omni tempore. tamen ambæ sunt in actu. Tertio, si propositio de inesse non requirit subiecti constantiā, non differre à contingenti. tenet consequentia primo priorum, capite 11. ubi uult, quod propositio contingens dupliciter exponitur uno modo cum subiecti cōstantia, & sic misceтur cum illa de inesse. alio modo cum subiecti ampliatione, & sic est pure contingens. Quarto Aristoteles cap. 13. parte illa. {Oportet autem accipere omni inesse} distinguit de duplici propositione de inesse. una quæ simpliciter est, quæ non est secundum tempus determinatum. altera ut nunc, & ad ambas uult esse necessariam subiecti constantiam. Quinto, Philoponus primo priorum. cap. 13. parte illa. {Oportet autem sumere non solum} autoritate Diadori, inquit: Diadorus autem inquit alia quædam significata possibilis esse. ait enim possibile esse, aut quod iam exiuit ad actum, quod dicimus nos inesse, aut potest exire, nondum autem exiuit. ecce quomodo propositio de inesse est illa, cuius significatum est in actu temporis, & ita cum subiecti cōstantia. Item sentiunt idem Philoponus & Alexander in principio cap. undecimo. Ex hiis accipitur peripathetice sentiendum semper ualere à coniunctis ad diuisa, & à tertio adiacente ad secundum in propositionibus de inesse & necessario inesse, quando sint propositiones affirmatiuæ, quia in prima & hac secunda regula semper de affirmationibus loquitur, seruatis tamen illis duabus conditionibus, nec solum ut sorticolæ aiunt, Aristoteles locutus est de prædicato composito ex nomine & adiectiuo, ut exempla & processus uerborum indicant. Tunc ad rationes. Ad primam dico, quod uerbum quando prædicatur totum secundum se, & quodlibet sui de subiecto uerificatur, eodem modo in cōiuncto & diuiso capitur, nec uariatur acceptio, nam in composito sumitur, ut dicit esse & ueritatem propositionis, & sic in diuiso. Ad secundam similiter. esse enim animal aut esse album, est quid contrahens esse uniuersaliter & simpliciter acceptum, & ita uidetur potius argui ab inferiore ad superius, & non secundum quid & simpliciter. Error enim horum ex hoc oritur, quia credunt in simplicia ipsum esse sumi uno modo, in composita alio modo, & non est ita. Ad tertiam dico, quod hæc prædicatio. homo est, non est per accidens sumptum pro cōtingenti, contingens enim est, quod nondum exiuit ad actum, & ideo hæc est de inesse simpliciter, non tamen est per se, & necessario inesse, sed est in dispositione media. s. de inesse. Illa uero, homo est animal, est de inesse simpliciter. hęc, homo est: etiam est de inesse simpliciter. ideo bona consequentia, aut forte prima est de inesse necessario, hæc de inesse simpliciter. hæc enim apud peripatheticos. homo est, nec est contingens, nec necessaria. non contingens. quia exiuit iam ad actum. nec necessaria, quia non in materia necessaria, & ita de inesse. Ad quartam dico, quod hæc: homo est animal, nullo homine existente non est uera, sicut hæc, rosa est pulcherrima florum in hyeme, sed conceduntur, quia possunt esse ueræ. Ad rationem dico, ꝙ animal & non animal nō sunt cōtradictoria, ut in fine primi priorum habetur. Hyppocentaurus enim nec est animal, nec est non animal, sed bene hæc contradicunt esse animal, & non esse animal, & sic de homine non existente, nec prædicatur animal nec non animal, licet aut esse animal, aut non esse animal. Alii dicunt, ꝙ nullo homine existente hæc est uera. homo est animal, non ratione ipsius uerbi est, sed ratione animalis, & sic deficit secunda conditio in casu illo, similiter & de illa, rosa est pulcherrima florum, & id genus. Hæc sunt dicenda ad mentem Aristotelis, & omnium peripatheticorum, ut Philoponi, Themistii, Diadori, Alexandri, Theophrasti, & Auerrois. Sed dices, non ualet. Socrates est gubernator equorum, igitur gubernator nec ualet, æthiops est albus dentes, igitur albus, hæ iam solutæ sunt. non enim arguitur per regulam, quia esse gubernatorem non uerificatur de Socrate, nisi ratione partis, & similiter de æthiope, & ita non ualet hæc secundum omnes peripatheticos. Quia Aristoteles concedit hanc. homo est mortuus, quæ non potest esse uera, nisi detur ampliatio uerbi ad id quod est uel fuit. Quærunt, utrum ampliatio uerbi sit peripathetica, & uidetur ꝙ non. tum quod eam nullibi Aristoteles posuit. tum quod uerbum est forma extremorum, igitur extrema accipiuntur secundum exigentiam temporis, *3. quæstio*

& non ultra. Tertio tunc aliquæ contradictoriæ essent simul ueræ uel simul falsæ: ut hę, omnis homo est mortuus, & aliquis homo non est mortuus, patet prima, pro omni homine qui est aut fuit. patet secunda, pro homine etiam qui est uel fuit. Quarto, tunc aliqua propositio esset similis de inesse & contingens, ut nauale bellum est futurum. Est enim de inesse, quia actu uera de contingenti. quia esse ampliatur pro eo quod est aut erit. Multa adduci possunt, hæc satis. Sed uidetur quod ampliatio negari non possit apud peripatheticos, saltem in contingentibus, & in temporibus quæ circuunt præsens. Primum patet. 1. priorum cap. 11. in illa enim contingit hominem currere. ille terminus homo ampliatur pro homine qui est, uel potest esse, ut ibidem ait. cui Auerroes, Philoponus, & Alexander consentiunt. Rursus in temporibus circuentibus præsens, ut primo Elenchorum ait Aristoteles in illa parte, sanabatur laborans. Dicuntur etiam alia tempora circuentia præsens, quia saltem ipsum sub diuisione significant, ut dicit Boetius, & per consequens illud significabunt sub disiunctione, ut homo fuit mortuus, significat, quoniam est uel fuit homo, aut homo est mortuus uel pictus: similiter, quoniā hæc mortuus uel pictus sunt præteriti temporis. Vtrum uero detur respectu temporis præsentis ac termini significantis rem præsentem. ut in hac. Adam est primus homo: & illa. Homerus est poeta, alias disputabitur in elenchis. Tunc ad rationes, ad duas primas patet solutio. Ad tertiam dico, quod pro diuersis temporibus illæ nō sunt contradictoriæ, sed pro eodem tempore. Ad ultimam. illa propositio est pure contingens, cum subiectum non cōstet.

Quid de ampliatione peripathe.

Animaduerte tamen ꝙ peripathetici his duobus modis expresse ponunt ampliationem, licet alii uocent eam appellationem modo oppositi sorticolis, ut Albertus: alii termini uel uerbi extensionem. alii alio modo, sed de nominibus non est nimis curandum. Sat enim est illud non esse contra peripatheticos, ut autoritates innuunt. hæc de coniunctis & diuisis.

PARTICVLA QVARTA.

DE MODALIBVS ENVNTIATIONIBVS.



His uero determinatis considerandum est quonam modo sese habent affirmationes ac negationes inter se hæ uidelicet, quæ sunt de possibili esse, & non de possibili esse, atque de contingenti & non contingenti, deq; impossibili, ac necessario: habent enim quandam dubitationem.

Com. 28. ANTEQVAM ad expositionem textus, intentionemq́ capituli deuenerim. primo accipienda sunt quędam necessaria huic pertractationi. Et primo, quot sunt modi enuntiationum siue propositionum. est enim in dictis Aristotelis non parua contradictio. Primo nāque priorum uisus est uelle esse duos tantum modos, necessariū uidelicet & contingens. hic uero quatuor, quare aut hic superfluus, aut ibi diminutus. infra addit uerum & falsum.

De numero modorum.

Circa hanc rem omnes peripathetici conueniunt in eis, quæ Ammonius dixit primo huius, quod prædicatum ad subiectum habere potest triplicem habitudinem, quā græci materiam enuntiationis siue propositionis uocant.

In quo omnes conueniunt.

Prima est, qua prædicatum nondum inest & potest inesse. aut qua inest & potest non inesse. hanc peripathetici materiam uocant contingentem. Secunda est, qua prædicatum non infuit, & nunc inest, aut, qua nunc actu nō inest, prius uero infuit. quanquam Auerroes & Porphyrius materiam de inesse uocant in prioribus analyticis. cap. 2. Tertia demum est, qua prædicatum subiecto inest actu & non potest non inesse, uel qua non inest actu, nec potest inesse, quam quoque necessariam uocant materiam. Plures harū non reperiuntur, ut Porphyrius etiam hic sentit, & Auerroes, Alexander atque Philoponus primo priorum. Ex iis apparet, quod licet uerum, & falsum uidentur modi propositionum, ut Aristoteles dicet, reuera nō sunt alii omnino ab illis qui dicuntur in prioribus. Hi enim & alii id genus ab aliqua materia sumi non possunt propria, cum nulla sit. Rursus uero quandoque coordinantur cum possibili aut necessario. nam est aliquid uerum possibile, falsum etiam cum possibili uel impossibili. est enim falsum possibile, & falsum impossibile, interdum coordinantur cum inesse, & ita non ponunt in numero. His habitis restat uidere, quot sint modi, qui suis proprietatibus notent in enuntiatione aliquam habitudinem. Ad hoc respondent quidā expositorum ueterum, qui anonymi sunt, quod modi non coincidentes sunt tres, contingens, uidelicet necessarium, & inesse. nam à modo contingenti fiunt propositiones de contingenti, quales sunt contingit Cæsarē pugnare. A modo necessario, propositiones fiunt necessariæ, ut necesse est hominem esse animal. A modo uero de inesse, propositiones determinantur de inesse, ut de inesse homo currit: hæc enim est modalis à modo inesse. dicunt non coincidentes, quoniam possibile incidit cum modo contingentis. differt enim solum ab illo. nam possibile potest priuari, quia dicimus impossibile non sic contingens, quia nō dicimus incontingens, ut Boetius & Porphyrius sentiunt. Rursus impossibile idem est quod necessarium non est. Itemq́ inesse est negare & affirmare. Mouentur autem hi, quoniam modi materierum sumuntur à numero habitudinum, modo tres sunt materiæ tres quoq; habitudines: igitur tres & modi. Tunc respondent ad contradictionem. Aristoteles enim numerauit in prioribus tres modos: uidelicet inesse, necessarium, & contingens, quia tantum modos qui non coincidunt. numerauit. Hic uero non curauit explicare principales & accessorios aut reducibiles. nam ibi materias tāgit syllogismorum. at cum necessarium & impossibile eodem modo ingrediantur syllogismos, pro uno accepit, similiter cōtingens & possibile ipsum uero inesse, enumerauit alio modo: hic uero cum specialius loquatur, quia ordinat modos ad enuntiationes, enumerat nunc quatuor. uidelicet possibile, contingens, & necessarium & impossibile. prius tamen dixit de ipso inesse. Addit autem uerum & falsum propter rationes dictas & dicendas. Enumerauit autem potius necessarium quam impossibile in prioribus: nam (ut ait Philoponus) necessarium est uti habitus, impossibile ut priuatio. priuatio uero reducitur ad habitum, non econtra.

Motiuum

Obiicit autem huic positioni Philoponus ibidē. Primo quia numerus modorum non correspondent numero habitudinum ac materiarum. Potest enim propositio in materia necessaria esse de modo contingenti, & de contingenti de modo necessario: igitur modi non numerantur penes materias. Secundo, fiat iste syllogismus. animal currit. Socrates est animal. Socrates currit. ubi patet hunc esse de inesse, & non cum modo de inesse. Demum Aristoteles usque huc locutus est de propositionibus & non de modalibus, igitur propositio de inesse non est modalis.

Obiect. Philop.

Sed istę obiectiones Philoponi nullæ sunt. ubi debes scire, quod aliud est esse propositionem de necessario, & aliud necessaria, aliud contingens, & de cōtingenti, aliud de inesse, & de modo inesse. Stat enim propositionem esse necessariam de modo contingenti, contingentem de modo necessario, de inesse de modo contingenti uel necessario. Amplius stat aliquam esse necessariam contingentem, uel inesse secundum materiā, quæ nec est de modo necessario, contingenti, uel inesse. Et ita concedi potest, quod aliqua secundum materiam est in una specie secundum modum denominatur ab alia. Secundo cōcedi potest, quod omnis propositio est modalis materialiter siue habitudinaliter, non tamen omnis erit formaliter talis. Tunc ad rationē Philoponi dico, quod modi respondent materiis quando naturaliter constituuntur, & hoc satis sit ad arguendum illos esse tres. Ad secundam patet solutio. Ille enim syllogismus est materialiter de inesse, licet non sit formaliter modalis.

Defensio.

Ad tertiam patet etiam solutio. Aristoteles enim locutus est de iis quæ sunt de inesse materialiter, & hoc sufficit. Hæc de numero modorum.

Consequens est loqui de numero specierum. dicamus ꝙ tria sunt genera iuxta numerum modorum, quæ sit multiplicantur per affirmatiuum & negatiuum erunt duplæ, & per consequens erunt sex, quæ rursus multiplicatę per uniuersale

Numerus specierū.

uersale particulare & indefinitum enumerabūtur. 18. hæc de numero propositionum. Ex iis apparent tres errores recentiorum. Primus est, quia uolunt propositionem de inesse & modalem differre solum per hoc, quia modalis totam compositionem determinat, in illa de inesse, non. Hoc est friuolum, & non peripatheticum. Differunt enim penes differentes habitudines, ut patuit. Secūdus est, quod ideo uerū & falsum non sunt modi, quia non determinant compositionem. Hoc etiā friuolum est. uerum enim: & falsum compositionem notant, sed non ponunt in numero, quia non notant aliam habitudinem præter dictas. Tertius error est Aesculani, qui quærit, utrum diuisio propositionum in modalem, & inesse sit generis in species. Hæc enim quæstio nulla est, cum quęlibet sit modalis materialiter uel formaliter. Et de situ modi dicamus si namque græcos sequimur cum modus se teneat cum prædicato formali. uidelicet, uerbo primo priorum, & græci semper ponant primo loco. uidelicet, uerbum, deinde prædicatum materiale. ultimo subiectum hac ratione modus est primo loco cōstituendus, si latinos imitabimur, cum Boetius ponat uerbum ultimo loco uti ultimam formam, ponemus modum in ultimo, quem autores ordinem seruant per totum. Verum Aristoteles confundit & ponit ipsum nunc in primo, nunc in secundo, nūc in tertio loco: ubique enim semper notat materiam enuntiationis sibi propriam. Vtrum tamen habeat uim subiecti aut prædicati, posterius dicemus. Ex iis patet quàm inepte dicant iuniores de loco ipsius modi, cum neque peripathetice nec latine loquantur. hæc de præambulis. Quæ uero sit partis intentio, ex textu colligitur: uult enim declarare de ordine & consequentia enuntiationum affirmatiuarum & negatiuarum quatuor modorum necessarii, uidelicet, impossibilis: contingentis, & possibilis. Hæc de intentione.

Errores. Primus.

.2.

.3.

De situ modi.

Nam si complexionum hæ inter se contradictoriæ opponuntur, quæ per esse disponuntur atque non esse, ut huius quæ est esse hominem negatio est hæc, non esse hominem, non hæc esse non hominem & huius quæ est esse album hominem, illa quæ est non esse album hominem, sed non hæc esse non album hominem: Si enim de omnibus aut affirmatio est, aut negatio, lignum est uerum dicere, esse non album hominem. Sed si hoc modo in his fit, etiam in illis in quibus esse non additur, idem facit id quod pro ipso λεγόμενον sumitur esse: Nam huius, homo ambulat, non est hæc negatio, non homo ambulat, sed hæc, homo non ambulat: nihil enim διαφέρει refert hominem ambulare dicere, aut hominem ambulantem esse: quare si hoc modo in omnibus. Huius etiam affirmationis: possibile est esse, negatio erit, possibile non esse: sed non illa non possibile est esse.

Com. 29. Mouet Aristoteles quæstionem penes quid attenditur in his affirmatio & negatio, & sumit hanc maiorem per inductionem in omnibus propositionibus. Contradictio est sumenda penes esse & non esse, sed eiusmodi sunt propositiones, uidelicet, possibile esse, necessarium esse, & id genus. Igitur contradictio sumenda est penes esse & non esse. Quod autem in omnibus sit sic sumenda, probat inductione, ut in hac: homo est albus, sumitur penes illum. homo non est albus, & non penes illam, est non albus. Similiter eius quæ est, esse album hominem, contradictoria est, non esse hominem album, & non ista: esse non album hominem. Declarat quod hæ duæ non contradicant, est albus homo & est nō albus homo, sed illæ, est albus homo, non est albus homo, quod hac ratione probat, quia tunc de quocunque illa, est albus homo, esset falsa. illa esset uera, est non albus homo, cum de omnibus sit affirmatio uel negatio uera, modo de ligno, hæc est falsa, lignum est albus homo, igitur illa uera erit, lignum est non albus homo, quod est impossibile, dato quod lignum sit album. Potest dari exemplum in aliis, nam de centauro hæc est falsa. est albus homo uel albus. Illa igitur erit uera, centaurus est non albus, quod etiā falsum est, quia centaurus non est, & quia aliquis dicet fortasse in illis hoc habere locum, in quibus uerbum est prædicatur. Ait Aristoteles uniuersaliter esse in omnibus aliis, quæ adduntur loco uerbi est, ut huius affirmationis. ambulat homo: non est hæc negatio, ambulat non homo, sed illa, non ambulat homo, quia nihil differt dicere hominem ambulare, & hominem ambulantem esse, inquit. Nam si complexionum hæ inter se contradictoriæ opponuntur, quæ per esse disponuntur atque non esse, ut huius quæ est, esse hominem: negatio est hæc, non esse hominem, & huius quæ est, esse album hominem, illa quæ est, non esse album hominem, quod probat, nam sic de omnibus aut affirmatio est uera aut negatio, cum de ligno illa sit falsa, lignū est albus homo, hæc de illo erit uera, lignum est non albus homo, quod uidetur impossibile, & reddens propositionē maiorem uniuersalem ueram in omnibus, addit. Sed si hoc modo in his sit, etiam in illis in quibus esse non additur, idem facit id quod pro ipso esse sumitur. Cuius exemplum ponit dicens. Nam huius, homo ambulat, non est hæc negatio, non homo ambulat, sed illa, homo non ambulat, nā nihil differt dicere, hominem ambulare, per uerbum adiectiuum, & esse ambulantem, per uerbum substantiuum, huc usque dubitauit suspensio orationis, deinde ponit conclusionem, & terminat suspensionem, ut patet, & sic conclusio est, quod negatio debet addi uerbo & non modo.

At uidetur idem & esse & non esse posse: omne enim quod possibile est diuidi uel ambulare, possibile est & non ambulare, & non diuidi. Causa autem huius est, quia omne quod hac ratione possibile est, non semper actu est, quapropter sibi etiam negatio competet. potest enim non ambulare ambulabile, atque non uideri uisibile. at impossibile est, ut de eodem τὰς ἀντικειμένας φάσεις καὶ ἀποφάσεις enuntiationes oppositæ sint ueræ.

Arguit nunc ad oppositum quæstionis, & probat quod ad dandam contradictionem in his, negatio non ad uerbum sed ad modum addenda est. utitur autem tali syllogismo. contradictoriæ in quolibet diuidunt uerum & falsum, sed ponendo negationem uerbo & non modo, propositiones oppositæ non diuidunt in quolibet uerum & falsum, quoniam possunt esse simul ueræ, ut hominem possibile est ambulare, & hominem possibile est non ambulare. Huius causa est, quia possibile non est semper actu, eo quia esset necessarium, & ita tales non erunt contradictoriæ. Com. 30.

Debes scire, quod Aristoteles utitur hic definitione possibilis posita primo priorum. Est enim possibile, nec necessarium nec impossibile. Propterea potest poni inesse, cum non sit impossibile. etiam potest poni non inesse, cum non sit necessarium, propterea addit. Causa autem huius est. quia omne quod hac ratione possibile est, non semper actu est, & per consequens, potest poni in non inesse, non esse, & quia non impossibile, potest esse, & ita esse, & non esse, sunt simul de eodem, & ita non contradicunt.

Non ergo eius quæ est, possibile esse, negatio est, possibile non esse. Contingit enim ex ijs, aut idem affirmare, atque negare simul de eodem, aut non per esse atque non esse, ea quæ adduntur affirmationes atque negationes fieri. Si igitur illud impossibile est, hoc nimirum erit eligendum. Est ergo negatio eius quæ est, possibile esse, ea quæ est non possibile esse, & non ea quæ est, possibile non esse. Eadem quoque ratio erit de eo quod est, contingens esse, & enim negatio eius est non contingens esse. Et in alijs quoque simili ratione, ceu in necessario atque impossibili.

Videtur, quod quæstionem motam soluat, & primo ait solutionem, & inquit. Non ergo huius, quę est, possibile esse, negatio est, possibile non esse, negatione addita uerbo, solutio est, cui non sit addenda. Sed cui sit addenda dicit statim. Probat tamen prius, quod non sit addenda uerbo, quia aut de eodem erunt ueræ contradictoriæ. aut nō uerbo addenda est negatio. Destruit primum dicens. si igitur Com. 31.

illud impoßibile est, hoc nimirum erit eligendum, uidelicet, ut negatio non addatur uerbo. Cui autem debeat addi, subdit. Est ergo negatio eius quæ est possibile esse, ea quæ est, non possibile esse, & non ea quæ est possibile non esse. Eadem quoque ratio est de alijs modis. Sic igitur patet, quod negatio addenda est modo & non uerbo.

Nam ut in illis, esse & non esse fiebant additiones. res uero, subiecta, alia album, alia homo. Sic in istis, eße quidem atque non eße fiunt ut subiecta. poße uero, atque contingere, additiones distinguentes uerum & falsum in his perinde ut in illis ipsum eße & non eße faciebant. Similiter hæ in eo quod est, esse poßibile, & eße non poßibile.

Com. 32. Solutionem dictam amplius explanare uidetur, & uult quod tales modi ita se habent in talibus, ut esse & non esse se habebant in illis de inesse. Nam in illis de inesse, uerbū erat id penes quod fiebat additio negationis. Erant enim uerba additiones siue appositiones, siue prædicata: res ipsæ, ut album & homo, & id genus, subiecta uerbis erant. Similiter in his modalibus ipsum esse & non esse se habent, ut subiecta: Modi uero se habent ut prædicata siue additiones atque appositiones, quæ distinguunt uerum & falsum in his, ueluti ipsum esse & non esse faciebant in illis de inesse. faciebant dico similiter, ut hæ de possibili esse, & possibili non esse.

Huius autem quæ est, poßibile non eße. negatio est non ea quæ est, non poßibile est eße. sed ea quæ est, non poßibile non esse. Et eius quæ est, poßibile eße, non ea quæ est, poßibile non eße, sed ea quæ est, non poßibile eße. Quapropter hæ poßibile eße, & poßibile non eße, sese mutuo sequi uidentur. Idem enim est poßibile eße et non eße. Non enim eiusmodi sibi inuicem contradictiones sunt poßibile eße, & poßibile non eße, sed poßibile eße, & non poßibile eße. cum nunquam de eodem simul ueræ sunt: opponuntur enim. Neque poßibile non esse, & non possibile non eße, simul ueræ sunt unquam de eodem. Simili ratione & de eo quod est, necessarium esse, negatio non ea quæ est necessarium non esse, sed ea quæ est, non necessarium esse. Eius uero quæ est, necessarium non esse. ea quæ est, non neceßarium non esse. Et eius quæ est, impoßibile esse: non illa quæ est, impoßibile non eße, sed ea quæ est, non impoßibile eße. Huius etiam quæ est, impoßibile non eße: illa uidelicet, non impoßibile non esse.

Com. 33. In iis modo exempla ponit, & colligitur regula hæc. Quod contradictoriæ sunt per negationem additam modo ipso esse uel non esse. in utrisque eodem modo se habente. Cuius causam ait, quia hoc modo oppositione sumpta, non possunt de eodem uerificari. Illo uero modo. uidelicet negatione accepta penes uerbum: possunt sese sequi, & de eodem uerificari. Verba translatione perspicua sunt.

Vniuersaliter itaque, ut dictum est, ipsum quidem esse ac non esse, statuere oportet uti subiecta. Hæc uero ad ipsum esse atque non esse adiungere affirmationem atque negationem faciendo. atque has oppositas esse enuntiationes putare oportet, uidelicet, possibile non possibile, contingens non contingens, impossibile non impossibile, necessarium non necessarium, uerum non uerum.

Com. 34. *Digreßio maxima.* Ex iis uniuersaliter concludit, quod harum propositionum dicta per esse uel nō esse importata, subiecta sunt. Modi uero ut prædicata, additiones ac appositiones habētur. Et quæ ait translatione sunt perspicua.

1. Dubiū *De appositionibus.* Circa dicta plurimæ quæstiones oriuntur. Prima est quonam modo esse & non esse in illis de inesse appositiones siue additiones sint. Res uero ipsæ, ut album homo, & id genus sint subiecta.

Respondent quidam ꝙ Aristoteles per appositiones siue additiones intelligit formalia principia, sunt enim esse & non esse formalia principia enuntiationum de inesse. Modi uero formalia principia modalium. Et ita uolunt, ꝙ nec modi modalium, nec ipsum esse uel non esse illarum de inesse, sint prædicationes siue prædicata. *Respōsio aliquorū.*

Sed hæc respōsio nec re, nec uerbis est peripathetica. nullus enim unquam peripatheticus hoc loquendi modo usus est, sed bene cucullati metaphysicis studiis tantum addicti. *Cōfutatio* Amplius doctissimus Boetius exponens uerbum illud græcum προσθέσεις, inquit, appositiones uocat prædicationes, ubi uult ipsum esse & non esse prædicata esse, quod quidem uerbum ipsum græcum sonat. ut parum græcis literis peritis patet. Rursus Auerroes in paraphrase huius loci uult ꝙ uerbum sit magis prędicatum ipso nomine, quia est forma, è qua omnis proficiscitur orationis unio.

Dico igitur, quod esse & non esse in illis de inesse prædicata sunt siue προσθέσεις, hoc est, appositiones, quibus nomen nomini copulatur. Similiter modi sunt appositiones siue prædicata modalium, quæq; à nonnullis formalia prędicata dicuntur, & non imperitè. Vtrobique enim modus modalibus, esse uel non esse illis de inesse, inhærentiam significant prædicati ad subiectum. Hæc de appositionibus. *Expositio propria.*

Post hæc quid sit possibile, quidve necessarium, & inesse transigamus. Aristoteles itaque primo priorum. cap. 11. ipsum ἐνδεχόμενον. quod latine est, contingens sic describit, contingens est, quo non existente necessario. posito autem esse aut non esse, ex illo nihil erit impossibile. *De possibili contingenti. Quid contingens.*

Circa definitionem possibilis uideamus quid alii dicant δυνατόν, quod nos possibile dicimus, uniuersalius quidquàm necessarium esse autumant. Diuidunt enim enuntiationes hoc modo, ꝙ aliæ sunt possibiles, aliæ impossibiles. Rursus possibilium, aliæ necessariæ, aliæ non necessariæ. Et iterum, non necessariarum, aliæ possibiles, aliæ impossibiles. Est autem propositio non necessaria possibilis, cuius significatus potest prohiberi & non prohiberi à ueritate, quod etiam Auicen. sentit. Hæc stoici de ipso possibili. *Stoici possibile.*

Sed hoc stare non potest. Primo, quia diuisio eorum falsa est, nam una & eadem species non potest esse genus & species respectu eiusdem, quare nōn recte diuidunt propositiones possibiles per necessarias & nō necessarias, & rursus nō necessarias per possibiles atque impossibiles. Huic etiam Auerroes obiicit. secundo physicæ auscultationis, commen. 48. cuius rationes ibidem perquirantur. *Cōfutatio*

Disertus uero Diadorus inquit. Possibile est, quod quandoque erit, quandoque non erit, adiecit rursus ipsius possibilis unum significatum. uidelicet, id quod iam exiuit ad actum, quod nos diximus de inesse. aliud uidelicet, quod potest exire, nondum tamen exiuit. *Positio Diadori.*

Nec hoc (ut mihi uidetur) stare potest. nam uidetur illa definitio esse data à posteriori. Possibile enim ideo erit uel non erit, quia est possibile, & non quia erit quandoque, & quandoque non erit possibile. *Cōfutatio*

Philon inquit, possibile esse, aut quod iam exiuit ad actum, aut quod potest exire, & si nunquam exiet, sicuti dicimus sensibile esse, quod est in profundum hostium. *Positio Philonis.*

Nec hæc uidetur competens. nam non distinguit inter possibile & inesse, sed confundit omnia. *Cōfutatio*

Ex Boetii commentationibus sumitur multifarius significatus uerbi possibilis, unus quidem est, eius quod non est, potest tamē esse, ut naualem pugnam esse. Alius, eius quod actu est, & non potest deficere, ut cygnum esse album, & solem oriri. Alius, eius quod actu est, & potest non esse, quod dicitur possibile non esse, ut Socratem mori, si uiuit. Vltimus, eius, quod actu est, & nunquam non erit, aliquando tamen non fuit, ut igni calor, aut niui frigus, aut animum esse. Aliquando enim non fuit, sed postquam est, nunquam deerit. Iuxta igitur hos modos Albumasarus, ut Auerroes narrat in paraphrase primi priorum, sic definitionem Aristotelis intelligit. contingens est possibile nō necessarium, quo, posito in esse, nullum sequitur impossibile. Ait enim possibile genus esse ipsius contingentis. nam ut ait, omne contingens est possibile, & non econtra, quia possibile sequens ad necessarium est possibile, quod quidem non est con- *Pō Boe. De definī. possibilis. Pō Albu.*

contingens. Additur uero non necessarium loco differentiæ, hoc enim differt à necessario. Illa uero particula, quo posito inesse nullum sequitur impossibile, est proprium contingentis.

Cõfutatio

Sed hæc expositio dupliciter peccat. Primo, quia possibile & contingens semper Græci sumunt pro eodem. Solum enim, ut Porphyrius dicit, differunt quod possibile potest infinitari, ipsum uero contingens non. Secundo uidetur illa particula superflua: uidelicet quo posito inesse nullum sequitur impossibile. Potius enim deberet dicere, quo posito in non esse, nullum sequitur impossibile.

Expositio Auer.

Auerroes uero intelligit, per quo non existente necessario, genus contingentis siue possibilis, quod est non necessarium. Omne enim contingens est non necessarium, & nõ econtra. Impossibile enim nõ necessarium est. Per id quod dicit, posito autem inesse nullum sequitur impossibile, intelligit differentiam, & sic possibile siue contingens est non necessarium nec impossibile. Hanc expositionem intelligit Philoponus ibidem, cum inquit. Aristoteles autem media uia usus est, & significatum possibilis assignauit esse id quod nondum exiuit, potest tamen exire. Quare possibile esse, est quod non exiuit, & potest exire, ut nauale bellum esse. Possibile non esse, est quod existit, & potest non esse, ut Socratem mori, uel non uiuere.

Quid sit inesse.

Consequenter per hæc patet, quid sit inesse. Est enim inesse, possibile positum in actu, ut hominem currere. Non inesse uero, possibile non esse ad actum deuentum. Hoc autem græce est εἶναι, eo quia inesse est, aut μὴ εἶναι, cum non sit actu.

Quid necessariũ.

Ipsum uero necessarium, quod græce est ἀναγκαῖον, siquidem est, & non potest non esse, ipsum necessarium esse erit. Siquidem non est, & non potest esse, ipsum impossibile, siue necessarium, non esse erit. Hæc de possibili contingenti, necessario, & impossibili.

An modalis sit de sensu diuiso uel composito.

Consequenter an modalis sit duplex de sensu composito uel diuiso, transigamus. Sorticolæ itaque communiter omnes propositionem modalem omnem uolũt esse distinguẽdam, quoniam alia est de sensu diuiso, cum modus mediat. Alia est de sensu composito cum præcedit aut sequitur. quibus Aristoteles secundo elenchorum, cap. 2. assentire uidetur, dicens. secundum compositionem sunt huiusmodi, ut posse sedentem ambulare, & non scribentem scribere. Non enim idem significat, si diuidens quis dicat, & componens, & ita tales propositiones habere uidentur sensum duplicem, quorum quidem differentiam nunc omitto, quia plurima ab illis passim scribuntur.

Positio Sortico.

Confutatio.

Ego uero post tantum circa Aristotelis libros, græcos quoque suos expositores studium atque laborem non memini me legisse eiusmodi nugas, quæ mentem impediunt à philosophia, & animum confundunt. Dico tamen Alexandrum Aphrodisium, Philoponum, atque Auerroem, cæterosq; peripatheticos fecisse uim in eiusmodi propositione. Necessario currens ambulat, nam currens & ambulans possunt aliquando sumi pro subiecto, cui ambulatio & cursus accidunt, aliquando pro accidente ipso, ambulatione uidelicet & cursu. Siquidem pro subiecto, aiunt contingẽter ambulans currere, siue currens moueri. si pro accidentibus necessario ambulans mouetur. nam ambulans necessario mouetur quatenus ambulat. Si igitur sorticolæ sensum compositum uocent, quando extrema pro accidẽtibus sumuntur, peripathetice loquuntur. Similiter quoque si sensum diuisum uelint pro subiectis, etiam bene dicunt, & nec Aristoteli, nec expositoribus contradicunt. Hoc enim modo Aristoteles loquitur in libro elenchorum. In libro enim priorum, cum hi sensus ad syllogisticam formam differentiam non faciant, ab Aristotele non distinguuntur. In libro uero elenchorũ cum ad paralogismos cõducat ibi dẽ distinguit.

Quid sorti. de modalib.

Vlterius sorticolæ dicunt illam de sensu composito, esse de inesse, non autem modalem. Aut eam de sensu diuiso, solam faciunt modalem.

Confutatio.

Quod quidem deliramentum est. Primo, quia Aristoteles modos appositiones uocat se habentes, ut esse & non esse in illis de inesse, & non distinguit sensum aliquem, etiam nec expositor ullus græcus. Secundo, si eiusmodi essent de inesse, tunc Aristoteles in libro 1. priorum tales non doceret syllogizare nisi in syllogismis de inesse. Vbi constat illum non has syllogizare in puris de inesse.

Tertio, tunc in iis contradictio esset sumenda penes dictum & non penes modum, quod Aristoteles non concederet. Quarto, tunc tales probarentur secundum exigentiã primi termini, & non officiabiliter ut sorticolæ aiunt. Demum nec Alexander, nec Auerroes, nec Philoponus hæc sentiunt in libro priorum, nec hic.

De situ modi.

Et de situ modi agamus, ab Aristotele itaque apertè habemus tales modos esse προσθέσεις siue prædicationes, siue oppositiones. Quare si græcos sectabimur, modos semper in primo loco statuemus, ueluti uerbum in illis de inesse. Si latinos, ponemus in fine ut Boetius seruat.

Sorti. positio.

Sunt tamen nonnulli, qui uolunt hos modos dum præcedunt, facere compositionem. dum uero sequũtur aut mediam facere diuisionem, quod quidem friuolum esse ex dictis patet.

Positio propria.

Nos enim cum peripatheticis dicimus quod ubicunque ponuntur eodem modo sunt. nomina enim & uerba transposita idem significant. semper tamen ubicunque sint, multiplicem propositionem efficiunt, quatenus subiectum potest sumi pro subiecto & materia, & pro accidente, ut diximus, quod quidem ad rem syllogisticam non refert.

Quo modo efficiãt modales. 1. positio.

Et quonam modo tales modi modales efficiant propositiones dicamus. Sorticolæ itaque aiunt modos, tũc efficere propositiones modales, cum aduerbialiter tenentur. Mouentur, quia aduerbialiter tenta sunt syncathegoremata, nominaliter uero sumpta, sunt cathegoremata. Propterea dicunt eiusmodi, hominem comedere est contingẽs, aut solem oriri est necessarium, esse de inesse, & non modales, nisi secundum quid, & metaphorice, uelut homo pictus est homo. Hæ uero sunt modales contingenter homo currit. necessario sol oritur, & id genus. Pro his solebamus arguere. Primo, quia in qualibet illarum notatur prædicatũ inesse subiecto. igitur est de inesse. Secundo, facio hunc syllogismum. omne contingens est possibile. hominem currere est contingens, igitur hominem currere est possibile, hic namque syllogismus est in specie syllogismorum, & de inesse, igitur illæ propositiones sunt de inesse. Tertio, tunc propositio contingens conuerteretur in terminis contra Aristotelem primo priorum. quia bene sequitur hominem currere est contingens. igitur contingens est hominem currere. Quarto, hæc conuertitur, b, est a: igitur nullum a, est b. sed quoduis horum potest esse subiectum huius nominis contingens, igitur bene ualet. nullum a, b, est contingens, igitur nullum contingens est a, b. Quinto, ualet aliquid possibile est hominem currere. igitur hominem currere est possibile. Multa alia dicuntur, quæ cum sint friuola, omitto.

Confutatio.

Sed hæc positio stulta est, & stultissimum est contra eam esse sollicitum, primo topicorũ, Boetius enim, Ammonius, Porphyrius nullam uim faciunt in talibus, quocunque modo illi modi sumantur. Omnes enim dicunt idem significare iustum & iuste, idem bonum & bene. & per consequens idem significat contingens quod contingenter, necessariũ quod necessario.

Positio propria.

Dico igitur, quod Aristoteles nec illas uocat modales, nec has de inesse, sed solum ait alias esse de inesse, alias de necessario inesse, alias de possibili inesse. Quicquid tamen sit sectando sorticolas, dicerem tales propositiones posse accipi secundum se totas, & hoc modo hæc est de inesse, necessarium est solem oriri, & id genus. aut secundum dicta, quibus modi appositiones sunt, siue prædicationes, & tũc sunt modales. Qua ratione patet argumenta nulla esse.

Penes quid contradict.

Penes quid uero contradictio in talibus sumenda sit, dicamus. Anonymi, quos narrat Philoponus primo priorũ, dixerunt in illis de contingenti uel possibili contradictionem esse sumendam per negationem præpositam toti semper. In illis de necessario inesse dupliciter, preponendo modo, & præponendo uerbo, hæ enim contradicunt, necessario omnis homo est animal, & necessario quidam homo nõ est animal: uelut illæ, necessario omnis homo est animal, non necessario omnis homo est animal. Pro iis facit Aristoteles primo priorum. ubi docet syllogizare in quarto secundæ, & quinto tertiæ, & docet reducere eos per oppositum conclusionis in his de necessario inesse, ei dum sumit oppositum, accepit contradictorium in dicto, & non in modo. Amplius Aristoteles docet syllogizare ex puris necessariis,

in ſecunda figura, ex contingentibus uero, dicit nihil in illa ſyllogizari, hoc autem non eſſet, ſi uis neceſſariæ eſſet uis affirmationis.

Sol. propria. Icirco abſolute apud Ariſtotelem dico, quod contradictio ſumi debet penes negationem uel affirmationem modi. Sunt autem modi ſex, poſsibile, cõtingens, neceſſarium, impoſsibile, uerum, falſum: Licet uerum & falſum ſint modi ſecundum uſum, non ſecundum ueritatem, cũ reducantur ad illos, ut diximus. Quare quęlibet modalis poteſt eſſe, aut tota affirmatiua, quoties modus & dictum ſunt ambo affirmationes, aut tota negatiua, cum modus & dictum negantur, aut partim affirmatiua & partim negatiua, cũ uel modus uel dictum affirmatur, cęterum negatur. Abſolute tamen ſumenda eſt contradictio penes modos.

Tunc ad rationes, ad primam dico, quod docet reducere illas per contradictorium dicti, quoniam uis illius eſt maior quàm uirtus illarum de ineſſe.

Ad ſecundum, non eſt abſurdum ſyllogizare ex affirmationibus in ſecunda figura in aliquibus modalibus, quando dicta illarum habent uim propoſitionum de ineſſe. In contingentibus uerò non ſic, quoniam dictum contingentis non poteſt habere uim propoſitionis negatiuæ de ineſſe, cum conuertatur ad oppoſitam qualitatem.

De quantit. poſitio 1. Et de quantitate talium agamus, dicunt itaque ſorticolarum nonnulli, tales enũtiationes ſiue propoſitiones nullius eſſe quantitatis. Mouentur, quia terminus ſubiectus ſuſpenditur à propria denominatione. Amplius, quia non menſuratur à propria acceptione reſpectu ſuppoſitorum, & ita uolunt tales enuntiationes nullius eſſe quantitatis.


Cõfutatio Hæc poſitio non eſt peripathetica. Primo, quia Ariſtoteles ubique, ubi aut propoſitionem aut enuntiationem diuidit ſemper per uniuerſale & particulare & indefinitum diuiſit, & nullam excluſit. Amplius, omnis propoſitio uel enuntiatio ex materia conſtat & forma. Igitur ſicut ratione formæ dicitur qualis affirmatiua, uidelicet uel negatiua, ita ratione materiæ dicetur quanta uniuerſalis, uidelicet, uel particularis, aut indefinita. Tertio, ex non quantis non fit ſyllogiſmus, aliter non regularetur per dictum de omni uel de nullo, & eſſe in toto.


Poſitio propria. Poteſt igitur dici & peripathetice, quod in talibus poteſt notari quantitas triplex. Vna penes modum. Alia, ratione ſubiecti ipſius dicti. Tertia, reſpectu totius dicti, quatenus eſt unum ſingulare dictum reſpectu illius propoſitionis. Si reſpectu modi, neceſſarium & impoſsibile faciunt uniuerſalem: quoniam pro omnibus ſuppoſitis temporis, ut Auerroes inquit in libro priorũ, ut deum eſſe, eſt neceſſarium, quoniam in omni differentia temporis, ſimiliter & hæc im poſsibile eſt hominem eſſe equum, quia in nulla differentia temporis erit uel eſt, uel fuit equus. Hæ ſunt particulares, contingens eſſe, poſsibile eſſe, quia pro aliquibus differentiis temporum. Si reſpectu ſubiecti dicti, ſic erit quanta iuxta ſigni ſubiecto additi naturam. Et pro hac docet ſyllogizare Ariſtoteles in prioribus. Si uero reſpectu totius dicti, ſic eſt ſingulare, quoniam ut, ſic dictum ſingulariter tantũ ſubiicitur, modus prædicatur, ut ſentit Boetius. Per hæc patet ſolutio ad obiecta.

De oppoſitione. Et de oppoſitionibus dicamus, eſt enim maximum dubium, cur Ariſtoteles ſolum docuit contradictionem ſumere, & non contrarietatem, uel alias oppoſitiones. Patet .n. quod hoc ideo fecit, quia loquitur de his ſecũdum ſe totas, & cum ut ſic, ſunt ſolum ſingulares, & in ſingularibus nulla ſit oppoſitio niſi contradictoria, ideo docuit ſolum contradictionem. Hæc de modalibus.

Conſequentiæ uero etiam per rationem fiunt hoc modo ponentibus. Ad illam enim quæ eſt, poſsibile eſſe, hæc ſequitur quæ eſt, contingens eſſe. Atque hæc cum illa conuertitur. uidelicet & non impoſsibile eſſe, & non neceſſarium eſſe. Ei uero quæ eſt, poſsibile non eſſe, et contingens non eſſe, ea quæ eſt, non neceſſarium non eſſe, & illa quæ eſt, non impoſsibile non eſſe. Illi præterea quæ eſt, non poſsibile eſſe, & non contingens eſſe, ea quæ eſt, neceſſarium non eſſe, & impoſsibile eſſe. Ei rurſus quæ eſt, non poſsibile non eſſe, & non contingens non eſſe, illa quæ eſt neceſſarium eſſe, & impoſsibile non eſſe. Conſideretur autem τὸ λεγόμενον quod dicunt ex ſubſcriptione hac.

Conſequentiæ ſecundum rationem.






De quo igitur nunc Ariſtoteles agit, uidetur ambiguum, nonnulli uolunt Ariſtotelem nunc agere de æquipollentiis. Sed hoc non placet. Nam apud ſorticolas æquipollentia inuenta eſt, ut ignotior propoſitio ad notiorem transferatur. Modo Ariſtoteles docet transferre non tantũ ignotiorem ad notiorem, ſed econuerſo indifferenter. Philoponus appellat inſcriptionem præſentem, conuerſionem, qua uidelicet una propoſitio in aliam uertitur, Ariſtoteles uero ἀκολουθήσεις hoc eſt conſequentias & ἀντιστρέφεις, hoc eſt, conuerſiones. Quoniam una ad alteram, & econuerſo ſequitur. Videtur igitur intentio partis de conſequentiis conuerſiuis modalium eſſe. Ante igitur quàm ad rei ueritatem ueniat, primo conſtituit ordines & conſequentias ſecundũ antiquos, quos græci uolunt fuiſſe Stoicos. Deinceps circa illam figuram diſputat, quid bene & quid male dictum eſt; Com. 35.

ponendo

ponendo regulas conuersionum atque consequentiarum. Et hoc proponit dicens. Consequentiæ uero etiam per rationem fiunt hoc modo ponentibus,& subdit regulas illorum,quæ ex subscriptione apparet. Vbi debes scire, primo, quod omnia quadrangula ipsorum A,A,A,A,ab ipsis stoicis, ut antecedentia statuebatur. Omnia uero ipsorū, B,B,B,B, ut consequentia conuersim collocabantur. Secundo debes scire,quod cōsequentiæ & omnia quę dicuntur de his, accipiūtur per terminos transcendentes,esse,uidelicet,& non esse, ut sint communes ad omnes alios prędicamentales,cuiusuis quantitatis sint,si tamen uelles,posses terminos specificare ad libitum. Reliqua uerba textus ex subscriptione figuræ patent

Ipsum igitur impoßibile atque non impoßibile, ad ipsum contingens atque poßibile, & rursus ad non contingens & non poßibile: sequuntur quidem contradictorie, conuersim tamen. Nam ad ipsum poßibile esse, ea negatio ipsius impoßibilis sequitur, quæ est, non impoßibile esse. Ad negationem uero, affirmatio. Ad non poßibile nanque eße, impoßibile esse, quia impoßibile esse, affirmatio est. Non impoßibile uero esse negatio.

Subscriptio Aristotelis possibilium & contingentium cum ipso impossibili.



Corrigit dictam positionem,& uult esse uerā quoad omnia quæ dixit de possibili & contingenti, & de ipso impossibili. In quibus uerbis innuit duas regulas. Prima,contingens quouis modo sumptum conuertitur cum possibili eodem modo sumpto. causa est, quia sunt idem omnino non differunt, ut Porphyrius dixit, nisi quia possibile infinitari potest sine particula negatiua, contingens uero minime. Non.n.dicimus incontingens, ut dicimus impossibile, sed dicimus non contingens. Quare possibile esse, & contingēs esse, primi anguli siue quadranguli ipsorum a, conuertuntur. Sic singulæ singulorum quadrangulorum eiusdem lateris, hanc regulam non explicat Aristoteles, sed dat eam intelligere. Secunda regula possibile & impossibile sese sequuntur contradictorie hoc est per negationem præpositam. Seruatis.n. dictis eodem modo, quo ad qualitatem & quantitatem fiunt æquipollentes ei conuertibiles per solā negationem præpositam. Huius declaratio est, quod possibile siue contingens ad ipsum impossibile se habet contradictorie. Dicebamus.n.quod in modalibus est triplex quantitas, quarum una est respectu suppositorum temporum. Et de hac Aristoteles loquitur hic, & hoc modo impossibile est uniuersale, ad nullam differentiam temporis. Contingens uel possibile particulare, ad quasdam differentias temporū. Necessarium uero uniuersale ad omnem differentiam temporum, quare recte dicit, quod æquipollentia contingentis, siue possibilis ad ipsum impossibile accipitur contradictorie, hoc est per negationem præpositam modo, quia possibile ad ipsum impossibile se habet contradictorie. inquit, Ipsum igitur impossibile atque non impossibile ad ipsum contingēs, atque possibile,& rursus ad non contingens & nōn possibile, sequuntur quidem contradictorie singula singulis distribuendo, ut non possibile ad impossibile, nō impossibile ad possibile,& de contingenti eodem modo. Addit conuersim tamen, quia non modo æquipollenter, sed conuertibiliter sese sequuntur. Huius expositionem subscribit dicens, nam ad ipsum possibile esse, ea negatio ipsius impossibilis sequitur, quæ est, non impossibile esse. Ad negationem uero affirmatio ut ad non possibile esse, impossibili esse. Quia impossibile esse, affirmatio est. non impossibile uero esse, negatio. Sic igitur quo ad has duas regulas Stoici recte sensere.

Ad ipsum necessarium: quonam modo se habeat, considerandum est. Perspicuum itaque ipsum non illo modo sese habere. Nam αἱ ἐναντίαι ἕπονται, αἱ δ' ἀντιφάσεις χωρίς *contrarie quidem sequitur, contradictorie uero nō.*

Nunc quo nam modo ipsum necessarium se habeat ad ipsum impossibile declarat. Et ponit talem regulam tertiā, quod necessarium & impossibile sese sequuntur conuersim contrarie, non autem contradictorie. Hoc est per negationem postpositam modo,& non per negationem prępositā. Huius regulæ ratio est, quia necessarium & impossibile opponuntur contrarie, quia impossibile pro nullo supposito temporis, necessarium pro omni supposito temporis, ideo æquipollentię erunt per negatione postpositam, ea ratione uidelicet, qua fit in contrariis. Et in hoc patet error dictæ figurę, inquit. At ipsum necessarium, quonam modo se habeat, considerandum est. Perspicuum itaque ipsum nō illo modo sese habere, quo impossibile & possibile se habet, nam contrarie quidem ipsum necessarium sequitur ad ipsum impossibile, cōtradictorie uero sequitur, siue ut in græco iacet contradictorie per negationem præpositam est extra, & non se inferunt.

Neque enim eius quod est ἀναγκαῖον, *necesse non esse. negatio erit, non necesse esse* οὐδέχεται. *Possunt enim ambæ de eodem esse ueræ. Nam id quod est necessarium non esse, est non necessarium esse.*

Obiiciet quis contra Aristotelem, nam necesse est, non esse, contradicit illi quod est, necesse esse, igitur æquipollet illi, nō necesse est esse. Aequipollens illi, non necesse est esse: Igitur non æquipollet illi: impossibile est esse, quoniam unius propositionis una est æquipollentia. Respondet negando assumptum, quod hæc, necesse est non esse, contradicat illi, non necesse est esse. Immo, ut dicit, stant simul, quo-

Com. 36.
1. regu.
2. regu.
Declaratio regu.
Com. 37.
3. regu.
Ratio regulæ
Com. 38.

quoniam hominem esse equum est necessarium non esse, & non necessarium esse: quia non necessarium esse, est possibile alium: quod sequitur ad impossibile secundum unum dimidium, & ad necessarium secundum aliud, inquit.

Neq; enim eius, quod est, necesse non esse, negatio erit, non necesse esse. Possunt.n. ambæ de eodem esse ueræ: nam id quod est necessarium non esse, ut hominem esse equum, est non necessarium esse, hoc est, contingens altum, quod secundum alterum dimidium prædicatur de impossibili, secundum alterum de necessario.

Causa uero cur τοῦ μὴ ἀκολȣθεῖν τὸ ἀναγκαῖον, nō se se sequantur quemadmodū cæteræ est, quia ipsum impossibile contrariæ sumptum æquipollens redditur ipsi necessario. Nam quod impossibile est esse, non quidem ipsi, necesse esse, sed potius ipsi, necesse non esse, æquipollet. At quod impossibile est non esse, hoc necessarium est esse. Quare, ut ea illa ratione se sequuntur, possibile uidelicet, & non possibile, ita hæc contrariæ. Quoniam illo modo non significabunt idem, necessarium & impossibile, sed modo nunc dicto conuertuntur.

Com. 39. Nunc reddit causam tertiæ regulæ, & quia ex dictis patet Lego literam. Causa uerò, cur non se sequuntur hæc de necessario & illa de impossibili, quemadmodum cæteræ, uidelicet, per negationem præpositam, est, quia ipsum impossibile contrarie sumptum per negationem postpositam, equipollens redditur ipsi necessario: nam quod impossibile est esse: non quidem ipsi necesse esse, sed potius ipsi, necesse non esse, equipollet. At quod impossibile est nō esse: hoc necessarium est esse. Ideo infert regulas ambas, dicens. Quare ut ea, uidelicet, possibile & non possibile illa ratione per negationem præpositam se sequuntur: ita hæc contrarie per negationem postpositam quoniam illo modo sumpta per præpositam negationem non significabunt, idem: sed modo nunc dicto, per postpositam negationem conuertuntur.

An impossibile est sic poni ipsius necessarij contradictiones. Nam ad ipsum quidem necessarium esse, sequitur possibile esse. Si.n. non sequitur, illius negatio sequetur. Cum sit necessarium aut affirmare, aut negare. Quare si non possibile est esse, impossibile est esse. Igitur id quod necesse est esse, impossibile est esse: quod quidem est absurdum.

Com. 40. Nunc disputat, quonam modo ipsum necessarium coordinetur cum ipso possibili. Et probat, quod non bene ordinatur, ut fecerunt Stoici in primo angulo siue quadrāgulo lateris ipsorum, C. Illi enim uolebant hæc se mutuo sequi, possibile esse & non necesse est esse: probat igitur, quod negatio præposita non facit æquipollentiam in his. Et utitur tali entimemate: ad necessarium esse, sequitur possibile esse: igitur ipsum possibile esse, non sequitur ad ipsum non necessarium esse, per regulam prioristicam: nihil unum sequitur, ad duo contradictoria.

Quod autem possibile esse, sequatur ad necessarium esse, probat: quia si non sequitur ipsum possibile esse ad illud sequitur ad illud non possibile esse, quoniam si unum contradictoriorum non sequitur, Alterum ad illud sequi necesse est. Quod si ad necesse esse, sequitur non possibile esse, tunc sequitur impossibile esse, per regulam traditam paulò ante: & ita ad necesse esse sequetur impossibile eē inquit. An impossibile est, sic poni ipsius necessarii contradictiones, uidelicet, per negationem prepositam, ut stoici fecerūt, quod probat dicens, nam ad ipsum quidem necessarium esse sequitur possibile esse, subaudi tu, igitur ipsum possibile esse, non sequitur ad non necesse esse, per regulam prioristicam, nullum unum sequitur ad duo contradictoria. Quod autem possibile esse sequetur ad necesse esse, probat dicens, si.n. non sequitur, illius negatio sequitur, uidelicet non possibile esse, cum de quolibet sit necessarium aut affirmare aut negare, & ita sequetur ad necesse esse, non possibile esse: quasi si non possibile est esse, hoc est, quare si ad necesse eē, sequitur non possibile est eē, sequetur impossibile eē, quia non possibile eē, & impossibile eē æquipollent per regulam secundam, igitur id quod necesse est eē, impossibile est eē: quod quidem est absurdū: & ita oportet dicere ad necesse eē, sequi possibile eē, & per consequens ipsum possibile eē, non sequetur ad non necesse eē. Quia nihil sequitur uel conuertitur cum duobus contradictoriis.

Insuper etiam ad possibile esse sequitur non impossibile esse, ad hoc autem non necessarium esse sequebatur, quare fieri posset ut id quod necessarium est, non necessarium sit, quod quidem est absurdum.

Secundo arguit possibile eē sequitur ad necesse eē: igitur ad possibile eē non sequitur non necesse eē, deducit, quia ubi possibile sequitur ad necesse est eē, ualet necesse est eē: igitur possibile est eē. Vltra, possibile est eē, igitur non impossibile est eē, per secundam regulam. Vltra non impossibile est eē, igitur non necessarium est eē, quia per stoicos non necesse eē, & non impossibile eē conuertebantur, & ponuntur in uno angulo. Quare si possibile sequetur & cōuertetur cum non necesse eē, cum ipsum sequatur ad necesse eē: tunc ad necesse eē, sequetur non necesse eē. Sic igitur per duas rationes patet hæc non conuerti, possibile eē, & non necesse eē, inquit. Insuper etiam, subaudi, ad necesse eē, sequitur possibile esse: igitur non necesse eē, non sequitur ad possibile esse, quod deducit dicens, ad possibile esse, sequitur non impossibile esse, ad hoc per stoicos non necesse esse; sequebatur: quare fieri posset ut id quod necessarium est, non necessarium sit. Com. 41.

At uero neque necesse esse sequitur ad possibile eē. Nec ad idem sequitur necesse non esse. Ei nanque utrunque accidere potest: horum uero utrumuis uerum sit, non erunt profecto illa uera. Id enim simul possibile est esse, & non esse. At necessariū si est uel nō est, nō erit ad utrūque possibile.

Hactenus fortasse probauit, quòd possibile esse, & non necesse esse non conuertuntur sumendo possibile pro possibili alto: nunc ꝙ sumendo possibile pro contingenti ad utrunque: probat etiam quod non conuertitur cum necesse eē, nec cum necesse non eē. Vtitur autem tali ratione, quodlibet contingēs hoc modo sumptum est ad utrunq;. Necessarium non est ad utrunque siue sit necesse eē, siue necesse non eē: igitur necesse eē non potest conuerti cum possibili, nec necesse non eē inquit. At uerò neque necesse esse sequitur conuersim ad possibile eē, nec ad ipsum idem possibile sequitur necesse non eē. Deinde accepit maiorem dicens: ei nanq; uidelicet, possibili eē utrunque accidere potest: quia conuertitur ad oppositam qualitatem, hęc est maior. Deinde sumit minorem dicens, horum uerò utrumuis, uidelicet, uel necesse eē, uel necesse non eē uerum sit, non erunt profecto illa uera: ambo uidelicet, eē & non eē, quod explicat dicens, id.n. simul possibile est eē & nō eē, quoniā possibile conuertitur ad utrunq;. Ad necessariū si ē, uel nō ē, nō erit ad utrunque possibile: ipsum igitur necesse eē, & ipsum necesse non eē, cum ipso possibili cōuerti nō potest. Com. 42.

Relinquitur igitur, non necessarium non esse sequi ad possibile esse. Hoc nanque uerum est de eo quod est necesse esse.

Com. 43. 4. regu. Ex dictis dat quartam regulam, ꝙ uidelicet, negatio pręposita modo necessitatis, & postposita facit ęquipollere ipsi de possibili esse. Huius causa est, quia necesse esse, & possibile esse, se habent ut subalternæ, nam ipsum necesse eē, est uniuersale temporis, ipsum possibile esse, ē particulare. Sed negatio præposita & postposita facit ęquipollere suo subalterno. Hæ igitur conuertuntur, non necesse non eē, & possibile esse, & hæ, non possibile non esse, & necesse esse.

Sed dices, possibile esse, stat cum necesse esse, cum ipso necesse esse, non stat ipsum non necesse non esse; quasi soluens inquit. Hoc nanque uidelicet, non necesse non esse: uerum est de eo quod est, necesse esse, aut fortasse sic intelligit, hoc nanque, hoc est, non possibile non esse, uerum est de eo, quod est necesse esse. Sic igitur in his accipitur

equi-

æquipollentia per negationem præpositam & postpositam. Et ita patet quarta regula.

Hac enim etiam ratione contradictio fit ei quæ sequitur ad non poßibile esse. Ad illud enim sequitur impoßibile esse, & necessarium non esse. Cuius negatio est, non necessarium non esse. Igitur & hæ contradictiones modo dicto se sequuntur, atque nihil impoßibile sequetur, si sic ponantur.

Com.44. Persuadet responsionem & regulam datam, uidelicet, ꝙ non necesse non esse æquipolleat ad posibile esse. Et ait, quia hæc contradicit illi, non posibile esse, igitur sequitur ad hanc posibile esse. quicquid enim contradicit uni contradictoriorum stat cum altero. Quod autem contradicat ad non posibile esse declarat, quia non posibile esse, & imposibile esse, & necessarium non esse conuertuntur. modo non necesse non esse contradicit illi. necesse non esse, nihil .n. uerius est contradicere quàm per negationem præpositam. & ita hæ contradicunt. necesse non esse, & non necesse non esse. quare hæc contradicit illi. imposibile esse, & non posibile esse, quod erat probatio nostra. inquit. Hac .n. etiã ratione ipsum non necesse non esse contradictio fit ei quæ sequitur siue est idẽ cum non posibile esse. Et ita si hæc, nõ necesse non esse, contradicit illi, non posibile esse, stabit cũ hac, uidelicet posibile esse, quia posibile esse, & non posibile esse, contradicunt. Quod autẽ non necesse non esse contradicat ad non posibile esse, probat dicens. ad illud enim, uidelicet, non posibile esse, sequitur imposibile esse, per secundam regulam, & necessarium non esse, per tertiam regulam. Cuius necesse non esse negatio est per præpositam particulam, non necessarium non esse. Igitur concludit, & hæ contradictiones modo dicto se sequuntur, atque nihil imposibile sequetur, si sic ponatur. Est igitur uir rationis, non necesse non esse cõtradicit ad non posibile esse. igitur stat conuersim cum posibile esse. Quarta itaque regula est negatio præposita & postposita facit conuersionem in his de necessario & posibili.

Dubitauit autem quispiam, utrum ad necesse esse ipsum poßibile esse sequatur. Nam si non sequitur, contradictio: uidelicet, non poßibile esse, sequetur. Et si quis dicat non hanc esse contradictionem: necesse erit eum dicere contradictionem esse hanc, uidelicet, poßibile non esse, quæ quidem ambæ de ipso necesse esse, falsæ sunt.

Com.45. Quoniam accipit ad necesse esse sequi posibile. Iccirco dubitat, utrum ad necesse esse sequatur posibile. Et primo arguit quod sic. nam si ad necesse esse non sequitur posibile esse, sequetur suum contradictorium, uidelicet non posibile esse, per regulam contradictoriarũ, quę dicit, ꝙ de quolibet dicitur alterum. Vltra ad necesse esse sequitur nõ posibile esse, igitur sequitur imposibile esse per regulam ęquipollentiarum non posibile esse, dicentem ualere imposibile esse, quod est absurdum.

Dices forte, ꝙ contradictorium eius quod est posibile esse, est illud posibile non esse, per negationem postpositam, & licet hoc sit contra regulam secundam. probat etiam nõ esse bene dictum, & inquit, ꝙ etiam hæc repugnat ad necesse esse, non enim stant simul necesse esse, & posibile non esse. Per hanc itaque rationem, posibile esse uidetur sequi ad necesarium esse.

At uero rursus id quod idem est, diuidi & non diuidi, atque esse & non esse poßibile uidetur, quare ipsum necesse esse, erit contingens non esse, quod quidem falsum est.

Com.46. Ad oppositum arguit, & probat, quod necesse esse nõ sit posibile esse, nam posibile esse est ad utrunque. Ipsum necesse esse, est ad unum. Non igitur potest necesse esse, dici posibile esse, quia etiam diceretur posibile non esse. Et ita uidetur quæstio dubia pro utraque sui parte.

Perspicuum itaque non omne quod potest aut esse aut ambulare, etiam opposita ualere, Sunt enim quædam in quibus non est uerum. Primum quidem in ijs quæ non per rationem possunt, ut ignis potest calefacere, & potentiam habet irrationabilem. Hæ itaque potentiæ quæ per rationem sunt, eædem etiam plurimorum sunt contrariorum. Quæ autem sine ratione sunt, non omnes tales erunt, quia (ut dictum est) ignis non potest calefacere, & non calefacere. Nec cætera alia quæ agunt semper. quædam tamen possunt etiam per irrationabiles potẽtias simul opposita suscipere. Dictum est autem hoc hac de causa, quia non omnis potentia oppositorum est susceptiua, neque omnes eædem specie dicuntur.

Soluit qõnem, ubi debes scire, ꝙ ut in greco δυνατὸν, hoc est posibile deriuatur à δύναμις hoc est, potentia, sic apud nos posibile dicitur à potentia, ut igitur potentia est multiplex, sic posibile erit multiplex. Potentia uero est quædã actiua, quędã pasiua. Rursus siue actiua siue pasiua est alia rationalis, alia irrationalis. Potentia itaq; actiua irrationalis omnino est determinata ad esse qua rõne dicetur potentia secundũ dimidium. Pasiua uero siue rõnalis, ut intellectus siue irrationalis, ut materia prima atq; subiectũ est indifferẽs ad opposita. Similiter actiua rõnalis, ut uolũtas (ut nonnulli sentiunt) est ad opposita. Propterea inquit, dictũ est autem hoc, siue hæc diuisio de potentia ipsa dicta est. ad indicandũ ꝙ non omnis potentia oppositorũ est susceptiua, neq; oẽs eædem specie dicuntur, ut uisus & auditus alterius speciei sunt. aliæ eiusdẽ. ut omnes uisus, uel omnes intellectus humani. Quare ut potentia alia est ad unum dimidium tantum, puta ad nõ esse. Alia ad utrunq;. Sic & posibile, quod denominatur à potentia, iis modis dicetur. Hæc est solutio qõnis, uerba translatione patent. Quo uero ad uerba ipsa græca attinet, uerbum illud ὅσαι, licet latinè sit quæcunq; hic transtuli oẽs, quia ad aures sonat magis. Com.47.

Cum itaque potentiæ nonnullæ multiplices sint, ipsum quoque poßibile non simpliciter λέγεται erit. Sed aliud quidem cum in actu sit, uerum erit, ceu potest aliquid ambulare cum ambulat, & omnino aliquid potest esse, cum iam actu sit, quod quidẽ posse esse dicitur. Aliud uero cum forsitan aget, ut põt quippiã ambulare, quia forsitan ambulabit.

Accepit ipsum posibile dici non uno modo, per hoc qđ potentia non dicitur uno modo, nunc idẽ altius explicãdo inquit. Cũ itaq; potentiæ nonnullæ multiplices sint, cũ alia sit ad unum tantũ, alia ad utrunq; ipsum quoq; posibile, quod à potentia traducitur, nõ simpliciter siue uno mõ erit, sed etiã multiplex. Verbũ illud, multiplices græce est ὁμώνυμοι, & licet latine sit æquiuocæ, hic nõ sonat ut expositores & Boetius intelligunt. Vno igitur modo aliquid dicitur posibile, pro eo quod est de inesse, ut põt aliquid ambulare uel esse, cum ambulat, aut est iam. Alio mõ dicitur pro eo quod nondũ exiuit ad actũ, sed forsitan exibit. Vt potest quippiam ambulare, quia forsitan ambulabit. Com.48.

Et hæc quidem potentia in rebus quæ mouentur duntaxat est. Illa uero est in immobilibus, ἄμφω δὲ ἀληθὲς ἐστιν εἰπεῖν τὸ μὴ ἀδύνατον εἶναι, βαδίζειν εἶναι καὶ τὸ βαδίζειν ἤδη καὶ τὸ ἐνεργεῖν καὶ τὸ βαδιστικόν. At per utrasque uere dicitur aliquid potest ambulare aut esse, atque quod ambulat & iam actu est, etiam ambulare potest. Poßibile itaque de ipso neceßario hoc modo non simpliciter uere dicetur. sed alio modo uere. quare cum ad particulare uniuersale sequatur, ad ipsum necesse esse sequetur poßibile esse, non tamen omne.

Tangit differentiã & cõuenientiã inter dictas potẽtias, & uult ꝙ illa potẽtia quæ est ad opposita solũ locũ habeat in his quæ mouẽtur, eiusmodi sunt corruptibilia & uariabilia. Potẽtia uero ad unũ tantum, etiã in immobilibus reperiri põt. dicimus .n. solem posse oriri, Deum posse esse, & talia. Ponit tamen conuenientiam, ꝙ per ambas aliquid denominari potest posibile, ut tam id quod nondum est, sed forsi- Com.49.


forsitan erit, quam id quod ambulat, & iam in actu dicitur posse ambulare. tunc quasi rationem epilogando soluit ad formam, & inquit. Posibile itaque de ipso necessario hoc modo ad utrunque sumptum, non simpliciter uere dicetur. Sed alio modo uere dicetur, cum accipitur pro dimidio. Quare infert, cum ad particulare uniuersale sequatur, ad ipsum necesse esse sequetur posibile esse, non tamē omne, sed secundum dimidium. Videtur enim ipsum necesse esse, ut particulare quid, quia ad esse tantum ipsum contingens ut uniuersale, quia ad esse, & non esse. Quærunt iuniores utrum necessarium sit particulare respectu posibilis. Ego dicerem, quod posibilis & necessarium possunt considerari respectu suppositorum temporis, & hac ratione ipsum necessarium est uniuersale, cum sit de omni tempore. ipsum uero posibile est particulare, cum sit de aliquo tempore. Aut respectu suppositorum rei, & hoc modo posibile est uniuersalius ipso necessario, cum competat mobilibus & immobilibus. Necessarium uero immobilibus tantum.

Est itaque etiam principium omnibus forte rebus, quæ sunt, aut non sunt, ipsum necessarium atque non necessarium, & reliqua ut ad hæc consequentia consideranda sunt. Perspicuum nanque est ex ijs quæ diximus, id quod est necesse esse, actu esse. Quare cum ea quæ sunt sempiterna, priora sint, etiam quod est actu, ipsa potestate prius erit.

Com. 50. Stoici sumpserunt ordinem æquipollentiarum ab ipsis contingentibus. & deinde per regulas contingentium dederunt ordines in aliis. Aristoteles igitur reprehendit eos, & probat ordinem esse sumendum a necessariis siue nō necessariis. Immo declarat ipsa necessaria siue non necessaria esse prima consideratione. Reliqua esse consideranda, ut consequentia ad hæc. Syllogizat autem hunc in modum. Sempiterna, & semper in actu, sunt priora iis quæ potestate sunt. At necessarium est sempiternum, & semper actu, Igitur ipsum necessarium est primum ipso inesse, & ipsum inesse actu prius est ipsa potestate. Stoici igitur naturalem ordinem non seruarunt in talibus eorum regulis.

Et hæc quidem sine potestate ἐνέργειαί εἰσιν actu sunt, ut primæ substantiæ. Alia uero actu cum potestate sunt, quæ quidem natura priora sunt, tempore uero posteriora. Alia uero nunquam ἐνέργειαί εἰσιν, ἀλλὰ δυνάμεις μόνον actu sunt, sed potestate duntaxat.


Com. 51. Rerum igitur ordinem hoc modo Aristoteles constituit, ut prima sint quæ sine potestate actu sunt, & in hoc ordine collocant græci substantias diuinas atque è materia omnino separatas. Post hæc & in secundo ordine sunt, quæ actu quidem sunt, sed cum potestate, & in hoc ordine collocant corpora ipsa quæuis. Hæc natura atque præstantia potentiam, & subiectum excellunt. materia uero hæc tempore excedit, quod cum non sit logicum, metaphysicis omitto. Post hæc in tertio ordine sunt posibilia esse, quæ quidem non sunt sed possunt esse, & hac ratione posibilia sunt, quia non sunt, & esse possunt. Et in hoc ordine statuunt motus, tempus, transmutationes, & id genus. Ab iis triplex orta est enuntiationum materia. Alia quidem quando prędicatum inesse subiecto dicitur, & non potest non inesse, quę materia dicitur necessaria uel imposibilis, si sit ad non esse. Alia est quum prædicatum inest subiecto actu, potest tamen non inesse. & hæc dicitur materia de inesse. Tertia est in qua prædicatum non inest actu subiecto, sed potest inesse, quæ dicitur materia contingens. Ad omnium eorum quæ dicta sunt declarationem describamus figuram quadrangularem.




Circa igitur pręsentem figuram, primo debes scire quod propositiones in his positæ sunt in terminis transcendentibus, & ut sint communes ad omnes terminos, & ad omnes quantitates. Hoc enim dat intelligere esse, debere esse similes in omnibus præter qualitates & modos. unde pro regula in omnibus his seruanda est, ut termini sint similes, & quantitates similes, solumq; modo differunt, & qualitate.

Secundo debes scire, quod leges harum sunt omnino eædem, ut illæ de inesse, etiam quoad subalternas, in quibus potius infernæ sequuntur supernas, quàm econtra.

Tertio debes scire, quod ut in illis de inesse æquipollentiæ accipiebantur per tres regulas, in contradictoriis per negationem præpositam, in contrariis per postpositam, in subalternis, per præpositam & postpositam, ita in his. Quibus declaratis facile patet correptio figuræ Stoicorum, quę hoc modo subscribatur.



Neces-



Hæc figura eſt ſecundum Ariſtotelis deſcriptionem, quæ corrigit illam Stoicorum.

PARTICVLA QVINTA.



Trum uero contraria ſit affirmatio negationi, an affirmatio affirmationi, atque oratio orationi, ut illa quæ dicit. omnis homo eſt iuſtus. illi quæ dicit, nullus homo eſt iuſtus, an quæ dicit, omnis homo eſt iuſtus, illi quæ dicit, omnis homo eſt iniuſtus. aut ut Callias eſt iuſtus & non eſt Callias iuſtus, Callias iniuſtus eſt, quæ igitur nam harum contraria eſt.

Com. 52. DEBES ſcire, quod enuntiationes bifariã intelliguntur opponi. uno modo penes oppoſitum modũ enuntiandi, ut contrariæ, ut omnis homo eſt iuſtus, nullus homo eſt iuſtus, aut ut contradictoriæ uelut aliquis homo eſt iuſtus, nullus homo eſt iuſtus. Alio modo opponi poſſunt penes oppoſita prædicata, quæ dicuntur de eiſdem ſubiectis, ut homo eſt iuſtus, homo eſt iniuſtus. homo eſt bonus, homo eſt malus. Callias eſt albus, Callias eſt niger, equus eſt bonus, equus eſt non bonus, & tales. iis acceptis quidam dubitationem Ariſtotelis intelligunt poſitiue atque abſolute, hoc modo, uidelicet, utrum propoſitiones opponantur penes contrarium modum enuntiandi, an penes contraria prædicata, ſed hoc ſtare non poteſt, quoniam in hoc libro non ſemel quæſtio eſt abſoluta. (1. expoſitio qõnis.) (Confutatio.)

Dictum eſt enim in primo, & hoc ſecundo, quod oppoſitio ſolum eſt in propoſitionibus ſecundum oppoſitum modum enuntiandi, & non ſecundũ oppoſita prædicata, quoniam enuntiationes oppoſitæ ſecundum contraria prædicata, poſſunt eſſe ſimul falſæ. ut lignum eſt homo albus, lignum eſt non homo albus. Cum igitur quæſtio eſt ſoluta, non uidetur rationabile quod rurius debeat repeti.

Amplius hæc expoſitio ſolum intelligit de oppoſitione contraria, quod etiam falſum eſt, cum Ariſt. exempla det in contradictoriis ſingularibus, & contrariis uniuerſalibus.

Expoſitio propria. Melius igitur uidetur mihi, ꝙ litera ſit legenda comparatiue, ut græci legũt, cum enim Ariſtoteles declarauit enuntiationes bifariam opponi aut penes enuntiandi modos, aut penes contraria prędicata, petit nunc quæ magis opponuntur. hę quæ opponuntur penes oppoſitos enuntiandi modos. uel illæ quæ opponuntur penes oppoſita prædicata. Rurſus uidetur, ꝙ Ariſtoteles per ἐναντία græce, intelligat omnes oppoſitionis ſpecies ſiue contrarias, ſiue cõtradictorias, ut exempla monſtrant.

Quæſtio. Quęrunt hic, quæ oppoſitio ſit inter propoſitiones, quarum una ſit uera, altera falſa. Reſpondent nonnulli talẽ oppoſitionem eſſe contrarietatem. hæ .n. contrariantur apud eos. homo eſt animal, homo eſt lignum. Perſuadẽt primo, quia opponuntur, & nõ priuatiue, nec relatiue, nec contradictorie, igitur contrarie. Secundo, illa oppoſitio conſurgit ex compoſitione propoſitionum facta ab anima, in quibus non poteſt eſſe niſi contrarietas. Tertio, quę ponunt aliquid non opponuntur contradictorie. Alterum .n. contradictoriorum nihil ponit, ut Ariſtoteles inquit. Et ita concludũt tales propoſitiones, quarum una eſt uera, altera falſa opponi contrario. (Reſponſio aliquorũ. Perſuaſ. 1. põnis)

Cõfutatio 1. reſponſio. Sed hæc reſponſio friuola atq; ſtulta uidetur. Prima, quia omnes aiunt inter ens & non ens potius eſſe contradictionem, igitur ſi uerum & falſum opponuntur potius contradictorie. eſt enim falſum nõ ens. 1. poſteriorum. Secundo, aa per quæ declaratur primum principium diſiunctiuum factum ex partibus contradicẽtibus uidentur plus quãm contradictoria, ſed Ariſt. 4. metaphy. declarat illud principium de quolibet eſt affirmatio uera uel falſa, & de nullo ambæ, per hoc ꝙ nihil poteſt eſſe ſimul uerum & falſum, igitur uerum & falſum opponũtur plus quã contradictorie, ut ita dicam. Tertio, Ammonius, Boetius, & Porphyrius definierunt contradictorias hunc in modum. contradictoriæ ſunt propoſitiones oppoſitæ quæ diuidunt uerum & falſum in quolibet. Demum Ariſtoteles in fine primi priorum idem ſentit, ut iis patet, qui libros Ariſtotelis reuoluerunt. (.2.) (.3.) (.4.)

Propria poſitio. Propterea debes ſcire, ꝙ uerum & falſum poſſunt opponi incomplexe, ut entia & non entia, aut complexe. Si opponuntur incomplexe, patet ea opponi contradictorie, ut ens & non ens, ſi complexe, ſic opponuntur interdum contrarie. Si colliguntur à propoſitionibus contrariis, interdum contradictorie, ſi à contradictoriis colligantur, tunc rationes oppoſite per hanc diſtinctionem omnes diluuntur, ut intelligenti patet. Prima enim deletur ꝙ uerũ & falſum, ut in terminis, opponunt contradictorie, ut diximus 1. poſter. quia unũ ſignificat ens, alterũ nõ ens, ut in propõnibus opponũtur non ſemper uno modo. Secũda tollitur per idẽ, ꝙ uerũ & falſum ut in propõnibus, cõſurgit ex cõpoſitione facta ab anima, ſed ut in terminis, non ſic eſt. Tertia etiã euertitur, quoniã uerum & falſum, ut in propõnibus aliqñ ponunt aliquid, aliquando nõ ponunt, cũ inſunt in propõnibus cõtrariis ponunt, in contradictoriis ponũt. At in terminis ſemper falſum nihil ponit. Hæc ſunt peripathetice dicta, reliqua quę dñr ſunt extrinſeca à doctr. noſtra.

Si enim ea, quæ in uoce ſunt, ἀκολουθεῖ imitentur ea quæ in anima ſunt, atque illic opinio contraria eſt quæ eſt contrarij, ueluti illa quæ eſt, omnis homo eſt iuſtus. eius quæ eſt. omnis homo eſt iniuſtus. etiã in his affirmationibus quæ in uoce ſunt eadem ratione ſe habere neceſſe eſt. Quod ſi illic non ſit opinio contraria ea quæ eſt contrarij. neque affirmatio affirmationi contraria erit, ſed ea negatio quæ quidẽ dicta eſt. Quare conſiderandum eſt, quænam falſa opinio opinioni ueræ contraria ſit. utrum ea quæ eſt de negatione, uel quæ contrarium eſſe ratiocinatur. Quod quidem hac ratione explico. eſt quædam opinio de bono ipſo, quod ſit bonum uera. altera uero quod non ſit bonum, falſa. alia rurſus quòd ſit malum. quænam itaque harum opinioni ipſi ueræ contraria eſt καὶ εἰ ἔστι μία καθ᾽ ὁποτέραν ἡ ἐναντία atque utrum ea per quam eſt contraria. una ſit.

Com. 53. Nonnulli ardeliones uolunt, ꝙ in hoc tex. Ariſt. ſoluat, & breuiter uelit, ꝙ enuntiationes ſint magis oppoſitæ, quæ ſunt ſecundũ oppoſitos enuntiandi modos, ꝙ quæ ſunt de contrariis extremis. Vlterius ex litera ſyllogizant ſic hypotetice. ſi opiniones ſunt oppoſitæ quæ ſunt de oppoſitis. enũtiationes, in uoce erũt oppoſitæ, quæ de oppoſitis. hæc perſpicua eſt quoniã ea quæ ſunt in uoce imitantur ea quæ ſunt in mẽte. Deſtruitur antecedẽs, ſed opiniones non ſunt oppoſitę quæ ſunt de oppoſitis, ſed quæ oppoſito mõ enuntiãt, igitur nec enũtiationes. Quod ſi dicas ſyllogiſmũ peccare in logica, & contra regulas ultimi capituli primi priorũ, iam habent euaſionis locum, quod Ariſtoteles arguit per

Expositio propria. consequentiam in ipso, in qua termini conuertuntur.

Mihi autem magis ad aures textus & Boetii atque bonorum expositorum uidetur esse aliter dicendum, quod Aristoteles mouet unam aliam quæstionem, ex cuius solutione patebit solutio ad principalem dubitationem.

Est enim dubitatio necessaria in opinionibus utrum uidelicet, opinio contraria sit quæ de econtrario, an quæ contrarie enuntiat. Ostendit autem quæstionem hanc esse ad propositũ per hoc, quia quales opiniones sunt in anima, tales enuntiationes sunt in uoce, hoc est, si opiniones contrariæ sunt quæ de contrariis, etiam enuntiationes erunt contrariæ quæ de contrariis, & si econtra, opiniones contrariæ sunt, non quæ sunt de contrariis, sed quæ contrario modo enuntiant, etiam enuntiationes ipsæ.

Et quod hæc sit expositio, lege literam, inquit. Si enim ea quæ in uoce sunt, imitentur ea quæ sunt in anima siue διανοητικῇ parte: atque illic opinio contraria est, quæ est contrarii, ut exempla indicant, etiam in iis affirmationibus quæ in uoce sunt eadem ratione se habere necesse est. Cõtra etiam, si illic sit opinio contraria ea quæ est contrarii, neq; affirmatio affirmatione in uoce contraria erit, sed ea negatio quæ quidem dicta est, cum igitur ita est in enuntiationibus, ut in opinionibus, erit dubitatio de opinionibus, & inquit. Quare considerandum est quænam falsa opinio opinioni ueræ contraria sit, utrum ea falsa opinio quæ est de negatione, uel ea falsa opinio, quæ contrarium esse contendit, quod magis exemplo explicat, & inquit. est quædam opinio de bono ipso, quod sit bonum, uerbi causa, de uirtute ꝙ sit bona, & hæc est opinio uera. alia uero de bono, ut de uirtute, ꝙ non sit bonum, & hæc est falsa. Alia rursus falsa etiam, ꝙ uirtus sit malum. Quærit nunc, quænam harũ duarum falsarum ipsi opinioni ueræ de uirtute ꝙ sit bona, contraria est, utrum prima quæ est per contrarium enuntiandi modum, an secunda quæ est per contrarium siue priuatorium prædicatum, & addit etiam dicens, & utrum ea per quam uel cui contraria est ipsa opinio uera, sit una uel plures. Addit autem hoc per contraria immediata ut genitum & ingenitum. Eadem enim uis est de ingenito, & de non esse genito. de quolibet enim dicitur aut genitum aut ingenitum, ut de quolibet dicitur esse genitum uel non esse genitum. Propterea addit, & utrum oppositio contraria & priuatoria habeat uim unius oppositionis uel plurium, nam in quibusdam habent uim, unius, in quibusdam uim duorum.

Ex iis patet Aristotelem ipsum non soluere, sed quæstionem rursus mouere de opinionibus, ex cuius nouæ q̃onis solutione patebit solutio ad principalem quæstionem.

Arbitrari itaque opiniones contrarias ex eo ita definitas esse, quia sunt contrariorum falsum est. Nam boni, quoniam bonum est, atque mali, quoniam malum est, eadem forsitan est opinio et uera, siue plures siue una sit. Sunt autem hæc contraria. non quidem quia contrariorum sunt, sed potius quia τῷ ἐναντίως contrario sese habent modo.

Com. 54. Antequam solueret q̃onem principalem, ut diximus, interposuit q̃onem de contrarietate opinionũ, & quia solutio primę q̃onis apparebit ex solutione secundæ q̃onis, quæ est de contrarietate opinionum, Propterea nũc soluit q̃onem secundam, deinde soluit primam q̃onem ut uidebitur. Est igitur solutio secundæ q̃onis, opiniones esse contrarias, nõ quia de contrariis subiectis sunt contraria prædicata, ut de liberalitate, quia bonum est, de auaritia, quia malum est, sed quia de eadem re sunt prædicata per contrarietatem dicta, ueluti de uoluptate, quia bonum est, ut Epicurus autumat, aut quia malum est, ut Stoicus, & propterea non oportet definire contrarias opiniones, quatenus de contrariis subiectis contraria prædicata enuntiant, sed potius, quia de una eademq; re contraria suspicantur. Huius solutionis cãm assignat. quia de contrariis subiectis contraria prædicata enuntiando, põt esse eadem opinio, eadem dico secundum consensum, quia sibi possunt consentire in ueritate atque compossibiles esse. Sunt. n. hæ ambæ cõpossibiles liberalitas est bonum, & auaritia est malũ. Ambæ quoq; secundũ opinionem peripatheticorum, inquit, Arbitrari itaq; opiniones esse ita contrarias definitas, ex eo quia contrariorũ sunt, hoc est quia contraria prædicata suspicantur de cõtrariis subiectis, falsum est. Cuius rationem breuem subscribit, & inquit. nam boni ut liberalitatis, quoniã bonum est, atq; mali, ut auaritiæ, quoniam malum est, eadem forsitan est opinio, & quonam modo horũ sit eadem opinio subscribit & inquit. & uera, quasi diceret eadem est illorum opinio, quæ ad consensum atq; ueritatem, propterea dixit forsitan, quia illorũ non est eadem opinio simpliciter, sed quodammodo ut generatim. Sed quia posset quis dicere illorũ non esse eandem opinionem, quia illa sunt plura prędicata de pluribus subiectis, propterea subiungit siue plures sint siue una. Vtroque enim modo una opinio illorum est saltem quoad ueritatis consensum. Sic igitur opiniones contrariæ sunt, quæ de eadem re contraria prædicata suspicatur. Sed statim obiiciet cauillator arguendo, hæc non esse contraria, quia cõtraria esse debent simpliciter in toto, ac illa sunt solum quoad prędicata contraria, & non quoad subiecta. igitur non sunt penitus contraria. Propterea, quasi cauillum hunc refellendo subiungit, Sunt autem hæc contraria, nõ quidem quia contrariorum sunt, hoc est penes contrarietatem subiectorum, sed potius quia contrario sese habent hoc modo, & ita sunt contrariæ illæ opiniones contrarietate sumpta penes contrarietatem prędicatorum & modi enuntiandi, & nõ subiectorum. Hæc est solutio breuis & generalis.

Si itaque boni una quidem opinio est, quoniam est bonũ. alia uero, quoniam non est bonum. alia, quoniam aliquid aliud est quod non est nec esse potest. Harum quidem nulla profecto ponenda est, neque ea qua inesse quæ non insunt creditur, neque ea qua non inesse quæ insunt extimatur. nam infinitæ sunt ambæ. & qua inesse creditur, quæ non insunt & qua non inesse quæ insunt putatur, sed illæ in quibus est deceptio. hæ autem sunt in his, ex quibus generationes ipsæ proficiscuntur. at generationes ipsæ ex oppositis sunt quapropter etiam deceptiones.

Generatim interpositæ quæstionis solutionem dedit & uoluit oppositas opiniones esse quæ contrario modo suspicantur de eadem re, & uisus est uelle contrario modo fieri, quando de eadem re contraria prædicata enuntiantur, sed quia hoc non est simpliciter uerum, nunc speciatim declarat dictam solutionem. ubi animaduersione dignum quicquid uelit Boetius de eadem re, ut de liberalitate esse unam opinionẽ tantum uerã. uerbi causa, quia est bonum, plures tamen falsæ sunt, ut quod liberalitas nõ est bonũ, & quod est aliud quàm est, ut quod est malũ. opinari autem liberalitatem esse aliud quam est, esse potest dupliciter, ut quod est malum, quia sibi insunt quædam quæ nõ insunt, ut fugiendum, odiosum, turpe, & id genus, quæ malo insunt, aut qđ sit malum, quia ei non insunt ea quæ insunt, ut quia nõ est utile, quia non est appetibile, quia non est honestum. Sic igitur liberalitatem esse aliud quam est ut malum, est dupliciter, uel quia sibi inesse creditur ea quæ nõ insunt, uel quia sibi non inesse creditur quæ insunt. Aristot. igitur uult opinioni ueræ uidelicet illi, liberalitas est bonum, solum opponi eam opinionem falsam, quæ per negationem atq; cõtradictionem est, ut illa. liberalitas non est bonum. hæ enim contradicunt. Nam prima est indefinita uel particularis affirmatiua. Secunda est indefinita negatiua, quæ æquiualet uniuersali negatiuæ. Illam uero quæ est per contrarietatẽ prædicati nõ uult opponi, quia potest, ut uisum est, per infinita multiplicari. At opponi non est nisi uno modo, ut enim dicebatur uni unũ opponitur per se. Infinita uero per accidens, inquit. Si itaq; boni, una quidẽ opinio est & uera, quoniam est bonum, ut quod liberalitas est bonum, adieci autem uerbum illud {una} quia cõstructio Græca exposcit ipsum. Alia uero est, quoniam non est bonum, & hæc est illa contradictoria. Indefinita. n. negatiua ualet uniuersalem negatiuam. alia est, quoniam aliquid aliud est quod nõ est, nec esse potest, ut quod liberalitas est malum. Hęc enim illi incompossibilis est. Data distinctione docet, quæ nam harum duarum sit dicenda illi opposita. & inquit. harũ quidẽ nullę ponenda est, supple illi opposita, quasi dicat nulla de numero earum quæ sub secunda continẽtur, quas explicat, & inquit. nec ea qua inesse quæ non insunt creditur, ut quod

Com. 55.

quod sit malum quia fugiendum, quia odiosum, turpe: neque ea qua non inesse, quæ insunt putatur, ut quod sit malum quia non est utile, quia non est appetibile, quia nō est honestum, cuius rationem inquit, nam infinitæ sunt ambæ tam & ea qua inesse creditur quæ non insunt, quam & ea qua non inesse quæ insunt putatur. Potest enim malum putari inesse liberalitati per infinita, ut quia turpe, quia inhonestum, quia odiosum, & sic de infinitis, etiam quia non utile, quia non appetibile, & sic de infinitis. Sic igitur patet quænam non sit illi opposita: docet deinde, quæ sit illi opposita, & inquit, sed illæ in quibus est deceptio sunt oppositæ, hoc est quæ contradicunt, & hoc declarat dicēs: hæ autem sunt in his, ex quibus generationes ipsæ proficiscuntur, & generationes ipsæ ex oppositis contradictoriæ sunt, quare & deceptiones, & ita opiniones oppositæ sunt, quæ contradictorie repugnant. Sic igitur illi opinioni quæ est, bonum est bonum, hoc est liberalitas est bonum, ea opinio opponitur, quæ est, liberalitas non est bonum, quæ æquiualet illi, nulla liberalitas est bonum: & non ea quæ est, liberalitas est malum: nam siue sit malum per hoc quod est aliquid aliud quàm est, ut quia odiosa, quia turpis, & id genus siue per hoc quod non est id quod est, ut quia non est utilis, quia non est honesta, & id genus: non potest illi opponi, quia utroque modo opposita illi erunt infinita, modo uni unum tantum opponitur, ut toties diximus.

Declaratio uerborum. Quod uero ad uerba attinet, uerba illa. {Aliarum quidē nulla ponenda est, neque quæcunque esse quod non est opinantur, neque quæcunq; non esse quod est. Infinitæ.n. utræq; sunt, & quæ esse opinantur, quod non est, & quę nō esse quod est} non bene à Boetio (ut mihi uidetur) intelligūtur. Primo quia uerbum illud {aliarum} quod græce est, ἄλλων non ad omnes alias refertur, sed ad species quæ continentur sub secundo oppositionis modo, uidelicet, ad id quod dicebatur: quoniam aliquid aliud est quod non est, nec esse potest. Illi enim opinioni quæ est, liberalitas est bonum generatim, duo tantum opponuntur, uidelicet, & liberalitas non est bonum, & liberalitas est malum. Secunda uero oppositionis duę sunt species. Potest enim liberalitas dici malum, uel quia esse intelligitur aliquid aliud quā nō est, ut odiosum, ut turpe, & id genus, uel quia non esse id quod est, ut quia non est utilis, quia non est honesta, & id genus, igitur uerbum illud ad species secūdæ oppositionis retulit & non ad genera, ut Boetius uoluit. Secundò uidetur errasse Boetius: nam non tres oppositiones illi Aristoteles fecit, sed duas. Secunda tamen subdiuisa in duas alias, & hoc Boetius non percepit. Tertio, quia uerbum illud {opinantur} quod græce est Δοξάζουσιν non est deponenter intelligendum, sed passiue, quasi diceret creduntur. Non.n. potest constructio ad aliquid referri, ut intelligenti græca uerba patet, ulterius uerba illa {Sed in quibus est fallacia} siue deceptio. Boetius ad principium deceptionis retulit. Et enim omnis deceptionis principium affirmatio & negatio, ueluti cuiuslibet generationis est ens & non ens, & in hoc recte Boetius intelligit. Hæc quo ad trāslationes ipsas.

Si igitur quod bonum est, & est bonum, & est non malum, atque alterum quidem per se, alterum autem per accidens, accidit enim ipsi non malum esse, & est in uno quoque ea opinio magis uera quæ est per se, etiam falsa, siquidem & uera. Ea igitur quæ est, quoniam non est bonum, quod bonum est. Illius quæ per se est, falsa est. Illa autem quæ est quoniam malum est, est eius quæ est per accidens. Quare magis erit ea opinio falsa, profecto quæ est negatio boni, quam ea quæ est contrarij affirmatio.

Com. 56. Hactenus Aristoteles & generatim & speciatim soluit secundam quæstionem: nunc uult dictam solutionem probare, ut mihi uidetur, & omnibus expositoribus placet. Ad huius primæ rationis robur sumit quædam ordine quodā & primo sumit unamquamque rem & esse ipsam, & esse sui contrarij negationem, uerbi causa, liberalitas & est bonum & est non malum. Sumit secundo, rem esse ipsam per se, & esse negationem contrarii per accidens, uerbi causa, liberalitas per se est bonum, & per accidens est non malum: nam accidit ipsi liberalitati non malum esse, & hoc inquit. Si igitur quod bonum est ut liberalitas, & est bonum, & est non malum, hoc est primum, atq; alterum quidem per se ut bonum, alterum uero per accidens, ut non malum, cuius rationem subscribit, dicens, accidit enim ipsi liberalitati non malum esse, hoc est secundam. Et litera debet legi suspensiue, ut uidebitur. Quod uero ad uerba attinet, illud uerbum {accidit} quod græce est συμβέβηκε, non est intelligendū pro accidente proprie, quo solemus dicere album substantiæ accidere, sed pro secundario atque non principali, quo modo dicimus risibile accidere homini, quia secundo loco competit. *Cōsideratio uerb.*

Dubitatio Sed occurres: nam uidetur, quod tam negotio contrarii quàm affirmatio sui per se primo modo insit rei. Est enim liberalitas bonum per se, primo modo, est non malum per se primo modo, igitur nō est alterum per se & alterum per accidens.

Solutio Boetii. Boetius per uerbum per se intelligit esse tale per naturā, quo modo dicimus liberalitatem esse bonum per naturam & auaritiam malum per naturam: & per uerbum per accidens, intelligit tale non per naturam.

Cōfutatio Sed hæc expositio non conuenit aliis. Tūc enim corpus non esset album per se, & non nigrum per accidens: nā neutrū est per naturam, & tamen Aristoteles primo posteriorum ait lignum esse album per se, & non nigrum per accidens.

Solutio propria. Melius igitur est dicere Aristotelem uelle per uerbum per se, esse tale immediate, & hoc modo lignum est album per se, quia non mediante aliquo, est tamen nō nigrum per accidens, quia mediante albedine.

Replica. Defensio Sed replicabis lignum non esse album per se, quia est tale mediante superficie. Propterea intellige Aristotelem uoluisse aliquid esse tale per se, hoc est, per carentiā medii contrarii, tale autem per accidēs, pp affirmationem contrarij. Sumit tertio, quod si sunt duæ opiniones uerę, ea uerior est, quæ per se uera est. Similiter si duæ sunt falsæ, ea erit falsior: quæ per se falsa est, cuius rei causa est, quia ita de falsa est censendum, ut de uero. Ex hoc uult habere, quod ea opinio quæ est affirmatio sui est uerior, ea autē falsior quæ est negatio sui, uerbi causa, hæc est uerior, liberalitas est bonum, quàm illa, liberalitas est non malum. Hæc autem falsior, liberalitas nō est bonum: quàm illa, liberalitas est malum: nam semper ueritas per se est magis talis ueritate per accidens: & falsitas per se similiter magis talis falsitate per accidens, inquit.

Et est in unoquoque ea opinio magis uera, quæ est per se, supple quam ea quæ est per accidens: etiam falsa est magis ea quæ est per se falsa, quàm ea quæ est per accidens, falsa, si quidem & uera. Idem nanque est iudicium de uero & falso. Propterea concludit id quo uult habere per hanc tertiam assumptionem, & inquit. Ea igitur, supple, opinio quæ est, quoniam non est bonum, quod bonum est, illius quæ per se est, uidelicet, bonum est bonum opposita, supple, falsa est: & ita hæc, bonum non est bonum, est per se falsa. Nam oppositum per se uero, uidetur per se falsum. Illa autem quæ est, quoniam malū est: est opposita falsa eius quæ est per accidens uera, uidelicet, illius, bonum est non malum: & sic patet tertia assumptio, & hic terminatur in græco suspensio, & concludit ex ijs suppositionem quam uult, & inquit, quare magis erit ea opinio falsa, profecto quæ est negatio boni, uidelicet, bonum non est bonū, quā ea quæ est cōtrarij affirmatio, uidelicet bonū est malū. Vnde syllogismus literæ erit, magis falsum magis uero magis opponitur: negatio boni magis falsa est quam affirmatio mali: ut ex dictis patet, igitur negatio boni magis opponitur affirmationi boni, quā affirmatio mali. Animaduersione dignum Arist. sumpsisse exemplū de bono & malo, loco omnium talium, sed accepit ipsum ut sermo esset notior. Voluit tamen habere hanc uniuersalem, ut unicuique affirmatione secundum opinionem semper magis opponatur negatio quam affirmatio contrarii. *Syllogismus literæ.*

Falsus tamen circa unumquodque is maxime existit: qui contrariā habet opinionem, contraria si quidem circa idem plurimum differant.

Com. 57. Quid uelit hic Aristoteles facere, non satis patet, nec ab expositoribus plane habemus, uidetur tamen Aristoteles remouere tacitam quæstionem: posset nanque quis dicere, si negatio est maxima oppositio contraria opinio est ne maxima opposit io: uidetur soluere.

Vbi debes scire aliqua esse maxime opposita: quæ non maxime differunt: aliqua etiam maxime differre, quæ nō maxime opponuntur, uerbi causa, bonum & malum maxime differunt: quia sub eodem genere maxime distant, non autem maxime opponuntur, quia non contradictoriæ sed contrariæ opponuntur. Bonum uero & non bonū maxime opponuntur: quia per se opponuntur, & contradictoriæ, non autem maxime differunt: quia sub nullo genere maxime distant.

Ad oppositum, opiniones contrariæ maxime differunt, non autem maxime opponuntur, contradictoriæ autē maxime opponuntur, non tamen maxime differunt, inquit. Falsus tamen circa unumquodq; is maxime existit, qui cōtrariam habet opinionem: cuius causam ait. Contraria siquidem circa idem genus maxime differunt: & ita opiniones contrariæ maxime distant in ratione differentiæ, & non in ratione oppositionis. Contradictoriæ autem distāt maxime in ratione oppositionis: non autem in ratione differentiæ. Hæc mihi uidentur de hoc textu, si uero tu aliter senties, laudo: hunc enim locum non aliter intelligo. Boetius uero nimis uerbis Aristotelis addictus sensum nō multum obseruat, cæteri græci grammatici sunt potius.

Si igitur harum opinionum, altera cōtraria quidem est. Magis autem est ea contraria, quæ negationis est: perspicuū est profecto hanc contrariam esse.

Com. 58. Epilogat uim rationis quasi sub forma hypothetica hoc modo. Si igitur harum opinionum altera tantum contraria quidem est, quia non possunt ambæ esse cōtrariæ, quia uni unum tantum est contrarium, magis autem est ea contraria illarum, quæ est negationis, & non quæ est contrarii affirmatio, ut probatum est: profecto perspicuum est hāc tantum, uidelicet quæ est negatio contrariam illi esse. Et ita illi, liberalitas est bonum, hæc tantum contraria est: liberalitas non est bonum: & non illa, liberalitas est malum. Hæc est conclusio & syllogismi uis. Quo uerò ad uerba attinet uerbum illud contraria quod græce est ἐναντία, hic non ut in primo libro sumitur, sed pro opposita: sumpsit enim speciem pro genere.

At ea quæ est quod bonū est malum, composita est, quando quidem necesse est: forsitan opinari illud idem non esse bonum, quod quidem est malum.

Com. 59. Boetius uidetur uelle Aristotelem ponere nunc secundam rationem, quæ talis est: ea duarum falsarum simplici ueritati opposita est, quæ est simplex & non quæ est composita. At affirmatio contrarii, uerbi causa, bonum est malum: non est simplex sed composita, cōtinet. n. illam, bonū non est bonum, quicquid. n. est malum non est bonum, & non econtra. Potest. n. aliquid non esse bonum, & tamen nō est malum, ut eremita extra ciuitatem, ut Auerroes ait. Igitur affirmatio contrarii non est simplici ueritati opposita, sed solum ipsius negatio, hæc uidetur ratio Boetii. Quæ

Qualis expositio Bo. quidem quo ad rem ipsam bona est, non tamen literæ consonat: nam in græco litera inuenitur aduersatiue: nisi (autem) ipsum quod græce est δὲ, pro insuper aut propterea


Expositio propria. legatur. Vel aliter dici potest ꝙ Arist. remouet tacitam dubitationem: nam dubitabit aliquis, si negatio sit tantū opposita, qualis est affirmatio contrarii, ut bonum est malū. Respondet & inquit. At ea quæ est ꝙ bonum est malum, quæ est affirmatio contrarii, cōposita est: hoc est continēs simplicem negationem, & ita quasi uidetur illi simplici ueritati per accidens opposita, non quidem ratione sui, sed ratione simplicis negationis, quæ in ipsa continetur: & sic uidetur illi opposita per reductionē. quatenus omne per accidens reducitur ad per se, & quod affirmatio contrarii cōtineat negationem, probat & inquit, quandoquidem necesse est forsitan opinari illud idem nō esse bonum, & supple tu in græco: quod quidem est malum, in plus. n. est non bonum quā malum & propterea affirmatio contrarii dicitur composita & quasi complicans, adiecit {forsitan} quia nondum patet an plus sit non bonum, quā sit ipsum malum, hoc. n. non patet, nisi sciatur an inter bonum, & malum detur medium. Quo uero ad uerba attinet uerbum illud {cōposita} græce est συμπεπλεγμένη, qđ Boetius transtulit implicita, alii connexa: sed quocunq; modo sit, affirmatio contrarii dicitur esse composita, quia cōtinet negationem. Vnde Aristoteles in postprædicamentis ait contradictionem eē uniuersaliorem oppositionem: quia in omnibus aliis includitur, hæc quo ad uerba.

Præterea & si in quibusdam similiter sese habere oportet: etiam hic uidebitur profecto bene esse dictum. Nam aut ubique aut nusquam oppositio contradictionis est. At quibus contrarium ipsum non inuenitur, ea quidem, de his est falsa, quæ ipsi ueræ oppouitur, nam qui hominem non esse hominem arbitratur is falsus est. Si igitur hæ negationes sunt contrariæ, etiam aliæ contrariæ erunt, quæ oppositiones contradictionis sunt.

Secundo arguit sic, si in aliquibus opinio falsa opinioni ueræ opponitur, quę est contradictionis siue negationis, in omnibus & in hoc quod diximus de bono ita erit. At in aliquibus opinioni ueræ ea falsa opponitur, quæ est contradictionis, & non quæ est affirmatio contrarii. Igitur hic & in omnibus ita erit, probat maiorem. Nam hæc est natura cōtradictionis, aut ut in nullis, aut ut in omnibus in quibus inuenitur oppositio, inueniatur. Est. n. uniuersalis & in oībus includitur ut dictum est. Minor uero patet in substantiis & quantitatibus. In his. n. non est affirmatio contrarii, cum in his non sit contrarium, & tamen inuenitur oppositio, inquit. Præterea & si in quibusdā similiter sese habere oportet, & supple, falsa opposita ueræ sit negatio & non affirmatio contrarii, etiam hic, & supple, in omnibus uidebitur profecto bene esse dictum, ut negatio falsa sit opposita ueræ affirmationi & non affirmatio contrarii. Hæc est maior, cuius probationem affert, dicens. Nam aut ubique aut nusquam oppositio contradictionis est. Dictum. n. est eius naturam esse talem, ut aut in omnibus, aut in nullis in quibus aliæ inueniuntur oppositiones, ipsa inueniatur cum sit uniuersalis & in omnibus inclusa. Deinde addit minorem, quæ est positio antecedentis, & illius probationem complicat, & inquit. At in quibus contrarium ipsum non inuenitur, ueluti in substantiis & quantitatibus, ea quidem de his est falsa, quæ ipsi ueræ opponitur. Hoc est solum cōtradictio siue negatio affirmationi ueræ opponitur, quod probat exemplo, & inquit. Nam qui hominem non eē hominem arbitratur, is falsus est, & per negationem, supple, illi affirmationi, quæ est homo est hō, opponitur. Deinde epilogat totam rationem, & inquit. Si igitur hæ negationes in quibusdam, supple, sunt contrariæ, etiā aliæ & in omnibus aliis contrariæ erunt, quæ contradictionis oppositiones sunt, accepit hic contrarium dū dixit {contrariæ erūt} pro opposito, utitur. n. specie pro genere, hæc quoad rationem atq; uerborū expositionem. Animaduersione dignū illam disiunctiuam oppositio cōtradictionis aut ubiq; aut nusquā ē: esse falsam de rigore logico, ueluti illa etiā: omnis homo est albus, aut nullus hō est albus. Disiunctiua. n. semper inter partes contradictionis disiungit, ut diximus in 1. libro. Sed ad sensum Aristotelis uera est, quia illa est natura contradictionis. Cum. n. sit oppositio uniuersalis in omnibus inclusa, oportet ut sit aut in omnibus in quibus oppositio reperitur, aut in nullis: & propterea secundum sensum Aristotelis uera est. Com. 60.

Præterea simili ratione sese habent, non bonum non est bonum, & bonum est bonum, ueluti & illæ, non bonum est bonum, & bonum non est bonum. Illi igitur opinioni ueræ quæ est non boni, quoniam non bonum est, quænam est cōtraria? Nō. n. ea quæ asserit, quoniam malum est, hæc. n. erit nonnunquam cum illa simul uera, at nunquam fit, ut uera ueræ contraria sit, est. n. aliquid non bonum, malum: quare simul

mul ueræ erunt ambæ. Nec item ea quæ asserit, non bonum non esse malum, est enim & ipsa uera, & enim hæc erit simul uera. Restat igitur illi opinioni quæ asserit, non bonũ non esse bonum, contrariam eam esse quæ asserit, non bonũ esse bonum, est enim hæc falsa. Quare ei quæ asserit, bonum esse bonum, ea erit contraria, quæ asserit, bonum non esse bonum.



Com. 61. Tertio arguit Arist. per locum à commutata proportione hoc modo, ut a, ad b, hoc est, ut opinio asserens non bonum non esse bonũ, quod est in angulo a, ad opininonem quę asserit bonũ esse bonũ, quod est b, sic c, ad d, hoc est opinio asserens non bonũ esse bonũ, quod est c, ad opinionem quæ asserit bonũ non esse bonũ, quod est d. Nã ambæ primæ sunt ueræ, & ambæ secundæ sunt falsæ: & sic maior est uera. Igitur ut primũ ad tertiũ, ita secũdũ ad quartũ, at ipsi a, primo oppositum est ipsum c, tertium, ut probabitur. Hęc .n. opponuntur, non bonũ non est bonũ & non bonum ẽ bonum. Igitur secundũ & quartũ opponũtur, uidelicet, bonũ est bonũ, & bonũ non est bonũ, quod est intentũ. De ratione tangit maiorẽ, & inquit. Præterea simili ratione sese habent, non bonũ non est bonũ, & bonũ est bonũ, ueluti & illæ, non bonũ est bonũ, & bonũ non est bonũ: nã illæ sunt ambæ ueræ: hæ autem ambæ falsæ, hæc est maior, quæ licet in græco non hoc ordine ponatur, tamẽ nihil deficit, & sensus is est, deinde tangit minorẽ sub forma dubitationis, & inquit. Illi igitur opinioni ueræ, quæ est non boni, quoniã non est bonũ: quænam est contraria siue opposita. Non.n. ea quæ asserit non bonũ esse malũ, uel quoniã malũ est. Hæc.n. erit nonnunquã simul cum illa uera, at nunquã fit ut uera ueræ contraria sit. Quod autẽ possit simul cũ illa uera esse, probat, & inquit. Est.n. aliquid nõ bonũ, malũ, ut auaritia, & ita hæ simul stant, non bonũ non est bonũ, & non bonũ est malũ, nã auaritia non est bonũ, & auaritia est malũ: quæ tamen non bonũ dicitur: & ita illi quæ asserit non bonũ non esse bonum: non potest esse opposita hæc, quæ asserit non bonũ esse malũ, cũ stent simul, sintq; ambæ ueræ. Hic solet sumi illa diuulgata maxima: ueritas

Maxima. nunquàm ueritati repugnat, de qua postea dicemus.

Nec item ea quæ asserit, non bonum non esse malũ, propter rationem eandem quam subdit dicens. Est.n. & ipsa uera: etenim hęc erit simul uera: est quidem uera, quia hyppocentaurus: non bonũ non est malũ, quia non est, est autem simul uera, quia hyppocẽtaurus non bonum & non est bonũ, & non est malũ, cũ non sit, & cũ nec affirmatio contrarii nec negatio contrarii possit illi opinioni esse opposita, concludit. Restat igitur illi opinioni quæ asserit, non bonũ non esse bonũ, eã esse contrariam, quæ asserit non bonũ esse bonum: negatiuæ.n. de subiecto infinito opponitur affirmatiua de eodẽ subiecto, cuius causam subdit dicẽs, hæc.n. falsa est, & illi incompossibilis, hæc est minor & illius probatio, tunc dat conclusionẽ & inquit. Quare ei quæ asserit, bonũ esse bonũ: ea, erit contraria quæ asserit bonum non esse bonum, & hæc est proposita conclusio. Et ait Boetius in commentationibus huius loci hunc syllogismum esse cæteris ualidiorem, quia est è proportione commutata, quæ argumentum efficit pollentissimum. Mihi uero uidetur syllogismum hunc esse dialecticum & non ualere nisi in numeris per se: in cęteris autem per accidens. Propterea hic aut non ualet, aut per accidens habet uim, qua ratione

Quæ Boe. Expositio propria.

fit ut hic syllogismus non sit hic positus ut ualidus, sed ut indicaret hanc positionem de contrarietate opinionum, etiam conuenire rationibus mathematicis.

Verum perspicuum est nihil interesse: & si affirmationem ipsam uniuersalem ponamus. Erit.n. tunc uniuersalis negatio contraria opinioni, nanque quæ asserit omne quod est bonum bonum esse, ea erit cõtraria, quæ nullum bonum bonum esse: asserit, eam nanque quæ opinio bonum bonum esse arbitratur si uniuersaliter sumatur, eadem erit illa quæ asserit quodlibet bonum esse bonum. At hæc nihil ab illa differt, quæ asserit omne bonum esse bonum, similis est & de non bono ratio.

Dum Aristoteles disputauit de cõtrarietate opinionum usus est enuntiationibus indefinitis, ut illa bonũ est bonũ: & illa, bonum non est bonum. Propterea aliquis posset arbitrari, quæ dixit non esse intelligenda nisi de subcontrariis, quę sunt aut particulares aut indefinitæ. Propterea docet nunc uti illis ad oppositionem & contrariam & contradictoriã. Contradictoriam quidem, si altera uniuersalis altera particularis sumatur, hæ.n. erunt contradictoriæ: bonum quoddam est bonum: & nullum bonum est bonum, si indefinita affirmatiua particulariter, & negatiua uniuersaliter intelligatur: uel econtra indefinita negatiua particulariter, & affirmatiua uniuersaliter sumatur. Contrariam uero, si ambæ uniuersaliter sumantur, ut omne bonum ẽ bonum: & nullum bonum est bonum: & propterea uerbum illud ἐναντία, ubiq; pro opposita sumpsit. Animaduersione dignũ, ꝙ licet indefinita possit accipi & particulariter uniuersaliter pro qualitate materiæ, ut in materia contingenti particulariter. In materia autem necessaria uniuersaliter indefinita tamen negatiua ut dicit Alexander: sed magis uergit ad uniuersalem negationẽ: affirmatiua uero ad particularem affirmatienem: & propterea hæ duæ, bonum est bonum: & bonum non est bonum, uim habent cõtradictoriarum & non contrariarum, & hoc inquit. Com. 62.

Verum perspicuum est nihil interesse: & si affirmationẽ ipsam uniuersalem ponamus, erit.n. supple, tunc uniuersalis negatio illi contraria, & dixit hoc: quia hactenus affirmationem particularier & negationem uniuersaliter accepit: & ita ut contradictorias sumpsit: nunc autem docet illas sumi ut contrarias, & hoc exponit dicens: opinioni nanque quæ asserit, omne quod est bonum bonum esse, ea eric contraria quæ nullum bonum omne, bonum asserit: cuius causam inquit. Ea nanque opinio, quæ bonum bonum esse arbitratur, si uniuersaliter sumatur: eadem erit illi quæ asserit quicquid est bonum uel quodlibet bonum esse bonũ. Ad hæc nihil ab illa differt, quæ asserit, omne bonũ esse bonũ. Addit, similis est ratio & de non bono: quia potest etiã sumi uniuersaliter: & ita uult hactenus esse sumptas eiusmodi enuntiationes ut contradictorias: quia indefinita affirmatiua particulariter, negatiua autem uniuersaliter usus est, nunc autem docuit illas sumi ut contraria, si ambę uniuersaliter sumantur: hæc quo ad dubitationem.

Ex his colligi põt ea distinctio quæ dicetur primo priorum: ꝙ particularium enũtiationum, quædam est talis per naturam, ut homo est albus: quia aliquis homo est albus ut Scytha: & aliquis homo non est albus, ut Aethiops, quædã talis potest, ut aliquis homo est animal: non.n. aliquis homo est animal: quia aliquis homo est animal, & aliquis homo non est animal. sed quia omnis homo est animal. Similis ratio est & de negatione. Quotuplex particularis.

Amplius & uniuersaliũ: quædam est uniuersalis per naturam, ut hõ est animal: hæc.n. est uniuersalis siue addatur signũ uniuersale siue non, quædam potest: ut omnis hõ ẽ albus, hæc uniuersalis est positione & non natura. Quot uniuersales.

Similis diuisio effici potest in modalibus: nam quædam ẽ positione possibilis, quædã natura possibilis, & in cæteris similiter. Verũ de his in libro priorũ abũdantius dicemus. Quot modales.

Quare, si in opinione ita res sese habet, et affirmationes atque negationes quæ sunt in uoce signa sunt earũ quæ sunt in anima, patet & affirmationi contrariam quidem esse eã

nem

negationem quæ uniuerſaliter de eodem exiſtit,ut huic,omne bonum eſt bonum,aut omnis homo eſt bonus,hanc,nullũ bonum eſt bonum,aut nullus homo eſt bonus, contradictoriæ uero oppoſitam,hanc,non omne bonum eſt bonum, uel non omnis homo eſt bonus.Patet inſuper fieri non poſſe,ut ueræ uera contradictoria ſit ſiue opinio ἀντίφασιν *ſiue oratio,contrariæ ſiquidem circa oppoſita ſint.Ipſa autem uera circa idem eſſe poſſunt, nõ autem contraria ſimul eidem ineſſe poſſunt.*

Com. 63. Hactenus ſoluit ſecundam quæſtionem de contrarietate opinionum.Nunc ex ſolutione huius rediit ad ſolutionem primæ quæſtionis.Fuit.n.prima quæſtio utrum affirmatione magis oppoſita ſit negatio an affirmatio contrarij:ut illi,bonum eſt bonum,ſit magis oppoſita hæc , bonum non eſt bonum:uel illa,bonum eſt malum.Soluit nunc:& hæ ſolutione ſecundæ,docet duo in ſolutione primæ quæſtionis quorum primum eſt,affirmationi eſſe oppoſitam negationem & non affirmationem contrarii . Secundum eſt,affirmationi ueræ non eſſe oppoſitam negationem ueram uel affirmationem contrarij ueram per illam uniuerſalem, uero nihil uerborum oppoſitum eẽ poteſt,inquit. Quare ſi in opinione ita res ſeſe habet:& affirmationes atq; negationes quæ ſunt in uoce,ſigna ſunt earũ quæ ſunt in anima.Opiniones.n.in anima ſunt affirmationes uel negationes:enũtiationes uero illarum ſigna ſunt . Si inquam ita eſt in opinionibus, quæ ſunt mẽtales enuntiationes patet & affirmationi cõtrariam quidem eſſe eam negationem,quæ uniuerſaliter de eodem exiſtit,quod exemplo indicat & inquit , ut hic,omne bonum eſt bonũ,aut omnis hõ ẽ bonus,hãc,nullũ bonũ eſt bonũ:aut nullus homo eſt bonus . Et hoc ſi utamur indefinitis uniuerſaliter: contradictorie uero oppoſitam hanc,nõ omne bonum eſt bonũ:uel non oĩs hõ eſt bonus,& hoc ſi utamur indefinitis uniuerſaliter & particulariter. Hæc de primo. Deinde concludit ſecundum & inquit.Patet inſuper fieri non poſſe, ut ueræ uera contraria ſit,ſiue opinio,hoc eſt ſiue in anima ſit ſiue oratio: hoc eſt ſiue in uoce ſit:accepit.n.uerbũ illud ἀντίφασιν pro oratione & non pro contradictione. Probat hoc ſic, contraria ſunt oppoſita,igitur uera nõ ſunt contraria. De ratione tangit;maiorem dicens:contrariæ ſiquidem circa oppoſita ſunt,& ſupple,oppoſitæ,hæc eſt maior . Deinde tangit minorem & inquit.Ipſa aũt uera circa idem eſſe poſſunt,& non oppoſita circa oppoſita . Addit repetitionem maioris dicens;non aũt(ut dictum eſt) contraria ineſſe poſſunt eidẽ. Repete concluſionem uidelicet, igitur uero nullũ uerũ eſt contrariũ,& ſic patet,ſolutio primæ quæſtionis,& concluſio libri.

Quæ theophraſtus cõtra Ari

Theophraſtus,ut græci narrãt,aduerſus Ariſtotelem opinatur contrarietatẽ eſſe maiorẽ oppoſitionem ipſa contradictione. Vtitur autẽ definitione contrarietatis,nam dicitur contrarietas maxima diſtantia : diſtãtia autem oppoſitio eſt quædam : igitur contrarietas ipſa erit maxima oppoſitio . Poteſt idem pro Theophraſto confirmari:nam contradictio poteſt ſaluari in minima oppoſitione ut in relatiuis.Igitur ſui natura non eſt maxima.Ad rationem uerò Ariſt.ſoluit Theophraſtus:non.n.contrarietatem ad contradictionem reducit , ſed econtra potius : ſi quidem ad maius ſemper ipſum minus reducatur.

Defenſio Ariſto.

Sed quicquid ſit de poſitione Theophraſti:Poſitio Ariſt. eſt uerisſima,nam omne minus commune ad magis commune & omne per accidens ad per ſe reducitur. At demonſtrauit Ariſt.contrarietatem eſſe minus communem,eſſeq; oppoſitionem fere per accidẽs ac compoſitam, quo ad illud quod habet de contradictione:ideo ad rationem Theophraſti dici poteſt,contrarietatem eſſe maximam differentiam: non autem mazimam oppoſitionem.Confirmatio quoq; nulla eſt,quia & ſi contradictio poteſt ſaluari in minima oppoſitione:etiam ipſa poteſt ſaluari in maxima:& propterea per cõfirmationem ipſam nihil demitur ab opinione Ariſt.unde & Ariſt.1.poſteriorum deſcribit contradictionẽ eſſe oppoſitionem,cuius per ſe non eſt medium inuenire,in cæteris uerò medium per accidens non inuenitur,quatenus reducuntur ad contradictionem,hæc pro Ariſt.dicerem.

Quõ utrũ uerum uero ſit contrariũ.

Quærunt hic iuniores,utrum uerum poſſit eſſe oppoſitum uero,& uidetur ꝙ ſic,nam hæc ſunt contraria nullum continuum eſt diuiſibile infinitum : & tamen ambo ſunt uera.Primum.n.uerum eſt,ſecundum rationem phyſicam. Secundum autem,ſecundum rationem mathematicam .

Secundò,ex nihilo nihil fit , eſt uerum ratione phyſica, ex nihilo autem aliquid fit,ratione theologica eſt uerum, & ſunt contradictoria.

Poſitio Eſculani.

Eſculanus hic aſſerit uerum uero non opponi tribus rationibus.Primò,quia æquationi intellectus nulla æquatio eſt oppoſita,uerum autem ipſum æquatio eſt intellectus. Secundo,quia in relationibus non eſt contrarietas, at ęquationes illæ relationes ſunt.Tertio, quia cognitio non repugnat cognitioni,at ueritas ipſa quædam cognitio eſt.

Cõfutatio


Sed hæc ſolutio quoad concluſionem non eſt falſa,imo eſt poſitio Ariſtotelis.quo uerò ad rationes nec eſt peripatetica nec ualet,quod declaro per ſingulam rationem.


Prima quidem ratio non eſt peripatetica,quia Ariſtoteles nullibi ueritatem orationis definit per adæquationem intellectus:ſed ab eo quod res eſt uel non eſt:nec ualet , nã petit principium.poteſt.n.quæſtio reuerti de ęquatione ueluti de ueritate:qui.n.teneret ueritatem ueritati opponi diceret unam æquationem alteri opponi. Secunda etiam nõ eſt peripatetica nec ualet:nam licet in relatiuis non ſit contrarietas prædicamentalis,bene eſt contrarietas enuntiationum.Hæ.n.contrariæ ſunt, omnis pater eſt ad aliquid: nullus pater eſt ad aliquid. Tertia etiam petit principiũ: quia qui uellet ueritatem ueritati contrariam eſſe , diceret cognitionem cognitioni eſſe contrariam.

Expoſitio propria.

Propterea nõ eſt recedendum ab Ariſtotelis ratione.Duo.n.uera opponi nõ poſſunt nec contradictorie nec contrarie . Contradictorie quidem non,quia per legem contradictoriarum in.1.libro traditam duarum contradictoriarum,alteram ueram,alteram falſam eſſe oportet:igitur duo uera contradici nõ poſſunt,contrarie uero minime, quoniam per legem contrariarum duæ contrariæ bene poſſunt eſſe ſimul falſæ:nunquã autem ſimul ueræ,igitur duæ ueræ enuntiationes nõ poſſunt opponi , poſſunt tamen bene eſſe ſubcontrariæ & ſubalternæ:ſed hoc modo non dicuntur oppoſitæ.Et hæc declaratio eſt peripatetica & logica,non metaphyſica : quauia cucullati ſæpe ſolent incedere etiam in logica.Tunc ad rationes dicendum tam contradictoria quã contraria eſſe de conſimilibus ſubiectis & prædicatis modo cõſimili ſumptis,ut ſorticolæ tradunt.At in propoſito non eſt ita:nam omne continuum eſt diuiſibile in infinitum, eſt uerum ratione mathematica:nullum uerò continuum eſt diuiſibile eſt uerum ratione phyſica:& ita non conſimili modo termini ſumuntur:& de ſecunda ratione etiam eodem modo dicendum:nam ex nihilo nihil fit per generationem ,ex nihilo uero aliquid fit per creationem : & ita termini non eodem modo ſumuntur:ubi autem termini eodem modo ſumerentur,ea quæ phyſici dicunt falſa ſunt : non modo de creatione,ſed de omnibus alijs,in quibus à theologis diſſentiunt. Hæc de quæſtione. Et per conſequens de toto libro ad ſummi Dei laudem.

FINIS Περὶ ἑρμηνείας, *ideſt de interpretatione Ariſtotelis libri, interprete & expoſitore Auguſtino Nipho.*


O
S
V





colorchecker CLASSIC

calibrite